

IDAD
CCIÓN


BR2159

P3

ONQMI

RAID

007472



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

1080020509

Iglesia Católica
OFFICIA

DE

PASSIONE D. N. JESU CHRISTI

ET BEATISSIMAE VIRGINIS MARIE

DE BONO CONSILIO,

A SS. D. N. PIO PAPA IX.

NOVISSIME CONCESA.



Capilla Alfonso
Biblioteca Universitaria

MEXICI.

EX TYPOGRAPHIA M. MURGUÍA.

1872. 44267

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Universitaria y Teológica



SISTER PARATUTVM

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis



DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
FONDO ESTÉRIO
VALVERDE Y TELLEZ

BX2159

• P3

I4

FERIA TERTIA.

POST DOMINIC. SEPTUAGES.

ORATIONIS D. N. J. C.

IN MONTE OLIVETI.

DUPLEX MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Añae. et Capit. de Laud. Psalmi de Dñica.
et loco ultimi Psalm. Laudáte Dóminus om-
nes gentes.

HYMNUS.

ASPICE, ut Verbum Patris a supernis
Séibus clémens, et amore flagrans,
Pérditis culpa génitis medéri.
Pergit Adámi.

007472

Flébilem mundi miserans ruínam,
Et volens nostros reparare casus,
Orat, et prona véniam precáatur
Fronte Magíster.

Flúctuat secum tot acérba volvens:
Hunc, ait supplex, Cálicem dolóris,
Mi Pater, transfer: tua sed volúntas
Non mea fiat.

Cum premat tristis pavor ima cordis,
Déficit languens Dominus; per artus
Sanguinis sudor fluit, atque guttis
Terra madécit.

At celer summo véniens Olympo
Angelus Jesum recreat jácéntem;
Corpori vires redeunt, novóque
Róbore surgit.

Laus, honor Patri, genitæque Proli,
Cui datum Nomen super omne nomen,
Et Paracléto decus, atque virtus
Omne per ævum.

Amen.

V. Tristis est ánima mea.

B. Usque ad mortem.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Pósitis géñibus orábat dicens: Pa-
ter, si vis, transfer Calicem istum á me: ve-

rúmtamen non mea voluntas, sed tua fiat.
Oratio ut ad Laudes.

AD MATUTINUM.

Invitator. Christum Jesum in monte Oli-
várum orantem, * Venite, adorémus.

Psalm. Venite exultemus.

Hymn. Aspice, ut supra in Vesp.

In primo Nocturno.

Aña. Ante orationem præpara animam
tuam, et noli esse quasi homo, qui tentat
Deum.

Psalmus 16.

EXAUDI, Dómine, justitiam meam: * inténde
deprecationem meam.

Auribus pérceipe orationem meam: * non
in lábiis dolosis.

De vultu tuo judicium meum pródeat: *
óculi tui videant æquitátes.

Probásti cor meum, et visitásti, nocte: *
igne me examinásti, et non est invénta in
me iniquitas.

Ut non loquátur os meum ópera hómi-

num: * propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.

Périfice gressus meos in sémitis tuis: * ut non moveántur vestigia mea.

Ego clamávi, quoniam exaudisti me Deus: * inclina aurem tuam mihi, et exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas: * qui salvos facis sperantes in te.

A resisténtibus dexteræ tuae custodi me: * ut pupillam oculi.

Sub umbra alarum tuarum prótege me: * à facie impiorum, qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circumdedérunt, ádipem suum conclusérunt: * os eorum locutum est supérbiam.

Projicientes me nunc circumdedérunt me: * óculos suos statuerunt declinare in terram.

Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam: * et sicut cátulus leonis hábitans in abditis.

Exúrge, Dómine, præveni eum, et suplánta eum: * eripe ániam meam ab impio, frámeam tuam ab inimicis manus tuæ.

Dómine, a paucis de terra dívide eos in

vita eórum: * de absconditis tuis adimplétus est venter erórum.

Saturáti sunt filii; * et dimissérunt reliquias suas párvulis suis.

Ego autem in justitia apparébo conspéctui tuo: * satiábor cum apparuérit glória tua.

Aña. Ante orationem præpara ániam tuam, et noli esse quási homo, qui tentat Deum.

Aña. Non impediáris oráre semper, et ne vereáris usque ad mortem justificári.

Psalmus. 27.

*Ad te, Dómine, clamábo: Deus meus, ne sileas a me: * ne quando táceas a me, et assimilábor descendéntibus in lacum.*

Exaudi, Dómine, vocem deprecationis meæ, dum oro ad te: * dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatóribus: * et cum operántibus iniquitátem ne perdas me.

Qui loquúntur pacem cum próximo suo: * mala autem in córdibus eorum.

Da illis secundum ópera eorum: * et secundum nequitiam adinventiōnum ipsórum.

Secundum ópera mánuum eorum tribue illis: * redde retributiōnem eórum ipsis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini,
et in ópera mánum ejus * déstrues illos, et
non aedificábis eos.

Benedictus Dóminus: * quóniam exaudi-
vit vocem deprecationis meæ.

Dóminus adjútor meus, et protector
meus: * in ipso sperávit cor meum, et adjútus
sum.

Et reflóruit caro mea: * et ex voluntáte
mea confitébor ei.

Dóminus fortitudo plebis suæ: * et proté-
ctor salvationum Christi sui est.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bén-
edic hæreditati tuae: * et rege eos, et extólle
illos usque in aeternum.

Aña. Non impediáris oráre semper, et ne
vereáris usque ad mortem justificári.

Aña. Omnia quæcunque petíeritis in ora-
tione, credéntes, accipiétis.

Psalmus. 141.

Voce mea ad Dóminum clamávi: * voce
mea ad Dóminum deprecátus sum.

Effúndo in conspéctu ejus orationem
meam: * et tribulatióne meam ante ipsum
pronúntio.

In deficiéndo ex me spiritum meum: *
et tu cognovisti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam: * abscondé-
runt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram, et videbam: *
et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me: * et non est qui requirat
ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine: * dixi: Tu es spes
mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecationem meam: * quia
humiliátus sum nímis.

Libera me a persequéntibus me: * quia
confortáti sunt super me.

Educ de custódia animam meam ad con-
fítendum nomini tuo: * me expéctant justi,
donec retribuas mihi.

Aña. Omnia quæcunque petíeritis in ora-
tione, credéntes, accipiétis.

V. Tristis est ánima mea.

R. Usque ad mórtēm.

De libro Tobiae.

Lectio. I.

Cap. 12.

BONA est orátió cum jejúnio, et eleemosy-
na, magis quam thesáuros auri recóndere:

quoniam eleemosyna a morte liberat, et ipsa est, quae purgat peccata, et facit invenire misericordiam, et vitam aeternam. Qui autem faciunt peccatum, et iniquitatem, hostes sunt animae suae. Manifesto ergo vobis veritatem, et non abscondam a vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lacrymis, et sepeliiebas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondiebas per diem in domo tua, et nocte supeliiebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo; necesse fuit, ut tentatio probaret te.

R. In omnibus gratias agite, * Sine intermissione orate.

V. Haec est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. * Sine intermissione....

De Epistola B. Jacobi Apostoli.

ORATE pro invicem, ut salvemini; multum enim valet deprecatio justi assidua. Elias homo erat similis nobis passibilis, et oratione oravit, ut non plueret super terram, et non pluit annos tres, et menses sex. Et rursum oravit, et Caelum dedit pluviam, et ter-

ra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, et converterit quis eum, scire debet quoniam qui converteri fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, et operiet multitudinem peccatorum.

R. Cum stabitis ad orandum: * Dimittete, si quid habetis adversus aliquem.

V. Ut et Pater vester, qui in Cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. * Dimittite....

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Hebreos.

CHIRSTUS non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dixit: Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis sua preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido, et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius Dei, dicit ex iis, quae passus est, obedientiam: et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae, appellata.

tus a Deo Pónifex juxta órdinem Melchi-sedéch.

R. Exaudivit Dóminus deprecationem meam. * Dominus orationem meam suscépit.

V. Clamávi in toto corde meo, exáudi me, Dómine. * Dominus. Gloria Patri.... Dominus.

In secundo Nocturno.

Aña. Cum orátis, non éritis sicut hypócritæ qui amant in synagógis, et in ángulis plateárum stantes oráre, ut videántur ab hominibus.

Psalmus 42.

JUDICA me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: * ab hómine iníquo et doloso érue me.

Quia tu es, Deus, fortitudo mea: * quare me repulisti? et quare tristis incédo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam et veritatem tuam: * ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

Et introfbo ad altáre Dei: * ad Deum, qui lætificat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus Deus

meus: * quare tristis es ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Aña. Cum orátis, non éritis sicut hypócritæ qui amant in synagógis, et in ángulis plateárum stantes oráre, ut videántur ab hominibus.

Aña. Tu autem cum oráveris, intra in cubículum tuum: et clauso óstio, ora Patrem tuum in abscóndio.

Psalmus 63.

EXAUDI, Deus orationem meam cum déprecior: * a timóre inimici éripe animam meam.

Protextisti me a convéntu malignántium: * a multitúdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas: * intenderunt arcum rem amáram, ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbito sagittábunteum, et non timébunt: * firmavérunt sibi sermónen nequam.

Narravérunt ut abscondent láqueos: * dixerunt: Quis vidébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes: * defecérunt scrutántes scrutinio.

Accédet homo ad cor altum: * et exaltábitur Deus.

Sagíttae parvulórum factæ sunt plagæ eórum: * et infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti sunt omnes, qui vidébant eos: * et tímuit omnis homo.

Et anuntiavérunt ópera Dei: * et facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino, et sperabit in eo: * et laudabúntur omnes recti corde.

Aña. Tu autem cum oráveris, intra in cubiculum tuum; et clauso óstio, ora Patrem tuum in abscondito.

Aña. Factum est autem in illis diébus, éxiit Jesus in montem oráre, et erat pernóctans, in oratióne Dei.

Psalmus 120.

LEVAVI óculos meos in montes: * unde véniat auxilium mihi.

Auxilium meum a Dómino: * qui fecit cœlum et terram.

Non det in commotióne pedem tuum: * neque dormitet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmet: * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te: * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo: * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum: * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Aña. Factum est autem in illis diébus, éxiit Jesus in montem oráre, et erat pernóctans, in oratióne Dei.

V. Pater mi, si possibile est.

R. Tránseat a me calix iste.

Ex Tractátu S. Cypriáni Episcopi et Mártyris.

Lectio IV.

De oratione Dominica.

NEC verbis tantum, sed et factis Dóminus oráre nos dócuit, ipse órans frequénter, et déprecans, et quid facere nos oportéret, exémpli sui contestatióne demónstrans, sicut scriptum est: Ipse autem fuit secédens in solitúdinem, et adórans. Et íterum: Exívit in montem oráre, et fuit pernóctans in oratióne

Dei. Quod si ille orábat, qui sine peccáto erat, quanto magis peccatóres opórtet oráre? Et si ille per totam noctem júgiter vigilans, contínuis précibus orábat, quanto nos magis in frequentánda oratióne debémus nocte vigilare? Orábat autem Dóminus, et rogábatur non pro se: quid enim pro se ínnocens precarétur? Sed pro delíctis nostris, sicut et ipse declarat, cum dicit ad Petrum: Ecce sátanás expetívit, ut vos vexáret quómodo tríticum: ego autem rogávi pro te, ne deficiat fides tua. Et póstmodum pro ómnibus Patrem deprecáatur, dicens: Non pro his autem rogo solis, sed et pro illis, qui creditúri sunt per verbum ipsórum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint.

R. Simon, Simon ecce sátanás expetívit vos, ut cribráret sicut tríticum: * Ego autem rogávi pro te, ut non deficiat fides tua.

V. Et tu aliquando convérsus, confirma fra tres tuos. * Ego autem.....

Ex Commentariis S. Anselmi Episcopi.

Lectio V.

Cap. 5.

In Epist. ad Hebræos.

SICUT verus Póntifex obtulit preces: nam in Evangélio saepe légitur orásse: et máxime apud Lucam, qui Sacerdótis in eo descripsit personam. Sed et quicquid ipsi egit in carne, preces, et supplicationes fuérunt pro homínibus. Tota vita sua Patrem orávit de resurrectiōne carnis suae, ac de nostra salúte, et instante jam passióne obtulit supplicationes, id est, humíllimas, et instantíssimas oratiōnes cum summa devotioне cordis, et affectioне, quando factus in agónia prolíxius orábat, et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurréntis in terram. Et has preces, supplicationesque obtulit, id est, obviam tulit Patri, per exauditiōnem sibi obviāti. Obtulit eas ad eum, qui posset illum á morte salvum facere, id est resuscitare; ad eum, quem scivit esse sufficiētem ut salvaret eum, id est, immortalem, et impassibilem fáceret eripiéndo á morte, ut nec ánima remaneret in inferno, nec caro putrésceret in sepúlchro.

R. Oratio humiliantis se nubes penetravit: * Et donec propinquet, non consolabitur.

V. Et non discedet, donec Altissimus aspiciat. * Et donec.....

Lectio VI.

Et obtulit has cum clamore valido, id est, cum intentione piæ devotionis vehementissima, et efficacissima, ut quando prolixius orabat, et etiam cum lacrymis; quia in illa prolixa oratione credendus est, lacrymas effusisse, cum et guttae sanguinis pro sudore decurserent ab ejus corpore, et exauditus est, quia, quod quæsiérat, accépit in resurrectiōne. Exauditus est, id est, extra númerum aliorum omnium auditus est, quóniam super omnem creaturam post laboris sui militiam a Pater sublimatus est, et hoc pro sui reverentia, id est, secundum hoc, quod ipse sicut Dei Filius, dignus est reverentia, et veneratiōne, vel pro sua reverentia in Deum, id est, propter quod ipse super omnia Patrem reveritus est, et honoravit. Sive pro sua reverentia, id est, sicut sua religio meruit Sanguinis quoque ejus effusio potest intelligi clamor validus, in quo exauditus est pro sua reverentia ejusdem passionis. Reverentia est, quod sine peccato passus est sola charitate.

R. Fiant aures tuæ auscultantes, et oculi tui aperti. * Ut audias orationem servi tui.

V. Quam ego oro coram te hodie, nocte, ac die. * Ut audias. . . . Glória. . . . Ut audias. . . .

In tertio Nocturno.

Aña. Tribulatio, et angustia invenérunt me: mandata tua meditatio mea est.

Psalmus 3.

DÓMINE, quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insúrgunt adversum me.

Múlti dicunt animæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, surcæptor meus es: * gloria mea, et exaltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clamavi, * et exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, et soporatus sum: * et exurrexi, quia Dóminus suscepit me.

Non timébo millia populi circumdantis me: * exurge Dómine, salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu pereussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Dómini est salus: * et super populum tuum benedictio tua.

Aña. Tribulatio, et angustia invenérunt me: mandata tua meditatio mea est.

Aña. Sustinui quí símul contristaréatur, et non fuit, et qui consolaréatur, et non invéni.

Psalmus 12.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS

Usquequo, Dómine, oblìvisceris me in finem? * Usquéquo avértis fáciem tuam á me?

Quándiu ponam consilia in ánima mea: * dolórem in corde meo per diem?

Usquequo exaltábitur inimicus meus super me? * respice, exaudi me, Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne unquam obdormiam in morte: * nequando dicat inimicus meus: Præválui adverſus eum.

Qui tríbulant me, exultábunt si motus fuero: * ego autem in misericordia tua sperávi. Exultabit cor meum in salutari tuo; cantabo Dómino qui bona tríbuit mihi; * et spallam nómini Dómini Altíssimi.

Aña. Sustinui qui símul contristaréatur, et non fuit, et qui consolaréatur, et non invéni.

Aña. Adhæsit pavimento ánima mea, vívifica me secundum verbum tuum.

Psalmus 87.

DÓMINE, Deus salútis meæ: * in die clamávi, et nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclína aurem tuam ad precem meam.

Quia repléta est malis ánima mea: * et vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormientes in sepúlcris, quórum non es memor amplius: * et ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri: * in tenebrósis, et in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus: * et omnes fluctus tuos induísti super me.

Longe fecisti notos meos á me: * posuérunt me abominatióinem sibi.

Tráditus sum, et non egrediébar: * óculi mei languérunt præ inópia.

Clamávi ad te, Dómine, tota die: * expándi ad te manus meas.

Núnquid mórtuis fácies mirabília: * aut médici suscitábunt, et confitebántur tibi?

Núnquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam: * et veritátem tuam in perditioñe?

Núnquid cognoscéntur in ténebris mirabilia tua: * et justitia tua in terra oblívionis?

Et ego ad te, Dómini, clamávi: * et mane oratio mea prævéniet te.

Ut quid Dómini repéllis oratióne meam: * avértis fáciem tuam á me?

Páuper sum ego, et in labóribus á juventute mea: * exaltátus autem, humiliátus sum, et conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ: * et terróres tui conturbavérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die: * circumdedérunt me símul.

Elongásti á me amícum et próximum * et notos meos á miséria.

Aña. Adhæsit pavimento ánima mea, víscita me secúndum verbum tuum.

V. Vigiláte, et oráte.

R. Ut non intrétis in tentatióne.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio VII.

Cap. 22.

In illo témpore: Engrésus Jesus ibat secún-dum consuetúdinem in montem Olivárum.

Secuti sunt autem illum, et discípuli. Et réliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

Lib. 10 Comment. in Luc. Cap. 22.

TRANSFER á me cálicem istum: quási homo mortem recúsans, quási Deus senténtiam suam servans. Opórtet enim mori nos sæculo, ut resurgámus Deo, ut juxta divinam senténtiam lex maledictionis resoluta in ter-ræ limum natúræ fine solvátur. Quod autem ait: Non mea volúntas, sed tua fiat: suam ad hóminem rétulit, Patris ad divinitatē. Volúntas enim hóminis temporalis, volúntas di-vinitatis ætéerna. Non ália volúntas Patris, ália Filii. Una enim volúntas, ubi una di-vinitas. Disce támén Deo esse subjéctus, ut non, quod ipse vis, éligas, sed quod Deo scias esse placitūrum.

R. Véni in altitudinem maris. * Et tem-péstas demérsit me.

V. Salvum me fac, Deus, quóniam in-travérunt aquæ usque ad ániam meam. * Et tempéstas

Lectio VIII.

DEINDE verbórum ipsórum proprietátem considerémus. Tristis est, inquit, ánima mea. Et alibi: Nunc ánima mea turbáta est valde. Non ergo suscípiens, sed suscépta turbátur. Anima enim obnoxia passióibus, divinitas lbera. Dénique spiritus promptus, caro autem infirma. Tristis autem est non ipse, sed ánima. Non est tristis sapiéntia, non divína substántia, sed ánima. Suscépit enim animam suam, suscépit corpus meum. Non me fefellit, ut aliud esset, et aliud videretur. Tristis videbátur, et tristis erat, non pro sua passióne, sed pro nostra dispersione.

R. Intret in conspectu tuo oratio mea. * Inclina aurem tuam ad precem meam.

V. Quia repleta est malis anima mea, et vita mea inferno appropinquavit. Inclina . . . Gloria . . . Inclina . . .

Lectio IX.

DENIQUE ait: Percútiam pastorem, et dispergentur oves gregis. Tristis erat quia nos párvulos relinquébat. Cæterum quam cons-

tanter se morti obtulerit, consequentia declarant: quandóquidem quærentibus occurrit, turbátos confirmavit, trépidos provocávit, prodítorem ósculi dignatióne suscépit. Nec illud distat à vero, si tristis erat pro persecutóribus suis, quos sciébat immánis sacrilégii poenas datúros. Et ídeo dixit: Transfer hunc cálicem à me; non quia Deus Dei Filius mortem timebat, sed quia nec mala pro se perire volébat.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES

et per Horas.

Aña. 1. Vénit Jesus cum discípulis suis in villam, quæ dicitur Géthsemani, et dixit illis: Sedéte hic, donec vadam illuc, et orem.

Psalm. Dóminus regnavit.

Aña. 2. Et assúmpto Petro, et duóbus filiis Zebedæi, coepit contristári, et mœstus esse.

Aña. 3. Tunc ait illis: Tristis est ánima mea usque ad mórtem: sustinéte hic, et vigiláte mecum.

Aña. 4. Et progréssus pusillum, pròcidit in fáciem suam órans et dicens: Pater mi, si possibile est, tránsseat á me calix iste.

Aña. 5. Pater mi, si non potest hic Cálix
transíre, nisi bibam illum, fiat volúntas tua.

Capitulum.

Matth. 26.

VÉNIT Jesus ad discípulos suos, et invénit
eos dormiéntes, et dicit Petro: Sic non po-
tuistis una hora vigilare mecum? Vigiláte,
et oráte, ut non intrétis in tentaciónem.

HYMNUS.

VÉNIT é Célo Mediátor alto,
Quem sacri dudum cecinére vates:
Parce mcerori lacrymísque amáris,
Filia Sion.

Attulit mortem vetus hortus, unde
Culpa prodívit, novus iste vitam
Hortus en affert, ubi nocte Jesus

Pémanet orans.

Víndicem placat Genítoris iram,
Réprimit forti jaciénda dextra.
Fúlmina: occúrit scéleri expiando

Sponte Redémptor.

Sic teret duros láqueos avérni,
Et diu clásam reserábit aulam:
Nos ad æterni révocans beáta
Gáudia Regni.

Laús, honor Patri, genitæque Proli,
Cui datum nomen super omne nomen,
Et Paracléto décus, atque virtus

Omne per ævum.—Amen.

V. Doce nos oráre.

R. Sic ergo vos orábitis.

AD BENEDICTUS.

Antiphona. Factus in agonía prolíxius
orábat; et factus est sudor ejus sicut gutæ
sanguinis decurréntis in terram.

ORATIO.

DÓMINE Jesu Christe, qui in horto verbo,
et exémplo nos oráre docuísti ad tentaciónum
perícula superánda: concéde propítius; ut
nos oratióni semper inténti, ejus copiósum
fructum conseguí mereámur. Qui vívis.

AD TERTIAM.

Antiphona. Et assumpto Petro, etc.

Capitulum. Vénit Jesus *ut supra.*

R. Trístis est * Anima mea. Trístis.

V. Usque ad mortem. Anima. Glória
Patri. Trístis.

- V. Pater mi, si possibile est.
R. Tránseat a me calix iste.

AD SEXTAM.

Antiphona. Tune ait illis, etc.

Capitulum.

Luc. 21.

VIGILATE itaque ómni tempore orántes, ut digni habeámini fúgere ista ómnia, quæ fútura sunt, et stáre ante Filium hóminis.

- R. Pater mi, * Si possibile est. Pater.....
V. Tránseat a me calix iste. Si possibile..... Glória Patri..... Pater mi.
V. Vigiláte, et oráte.
R. Ut non intrétis in tentatióne.

AD NONAM.

Antiphona. Pater mi, etc.

Capitulum.

Matth. 5.

ORATE pro persecúntibus, et calumniántibus vos: ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est.

- R. Vigiláte: * Et oráte. Vigiláte.....
V. Ut non intrétis in tentatióne. Et oráte. Glória Patri..... Vigiláte.....
V. Factus est sudor ejus.
R. Sicut guttæ sanguinis.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis, et loco ultimi Psalmi.

Psalmus. 115.

CRÉDIDI propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excésu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pôpulo ejus: * pretiosa in conspéctu Dómini mors Sanctórum ejus.

O Dómine quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancillæ tuae.

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hostiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pôpuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

V. Factus est sudor ejus.

R. Sicut guttæ sanguinis.

AD MAGNÍFICAT.

Aña. Ecce appropinquávit hora, et Fílius hóminis tradétur in manus peccatórum.

FERIA TERTIA.

POST DOMINICAM SEXAG.

DE PASSIONE D. N. J. C.

DUPLEX MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Aña. Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocabo.

Psalm. 115. Crédidi, ut in folio 29.

Aña. Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus; dum loquébar illis, impugnábant me grátis.

Psalmus 119.

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi: * et exaudívit me.

Dómini libera ániam meam a labiis iníquis: * en a lingua dolósa.

Quid détur tibi, aut quid apponátur tibi: * ad línguan dolósam?

31

Sagíttae poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongá-
tus est: habitávi cum habitántibus Cedar: *
multum ícola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pací-
ficus: * cum loquébar illis, impugnábant me
grátis.

Aña. Cum his, qui odérunt pacem, eram
pacíficus: dum loquébar illis, impugnábant
me grátis.

Aña. Ab homínibus iníquis llibera me
Dómine.

Psalmus 139.

E RIPE me, Dómine, ab homine malo, * a
viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde: *
tota die constituébant prælia.

Acuérunt línguas suas sicut serpéntis: *
venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de manu peccató-
ris: * et ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantare gressus
meos: * abscondérunt supérbī láqueum mihi.

Et fúnes extendérunt in láqueum: * juxta
iter scándalum posuérunt mihi.

Díxi Dómino: Deus meus es tu: exáudi
Dómine, vocem deprecationis meæ.

Dómine, Dómine, virtus salutis meæ: *
obumbrásti super caput meum in die belli.

Ne tradas me, Dómine, a desidério meo
peccatóri: * cogitavérunt contra me, ne de-
relínquas me, ne forte exalténtur.

Caput circúitus eórum: * labor labiorum
ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbones, in ignem de-
jicies eos: * in misériis non subsístent.

Vir lingúosus non dirigétur in terra: *
virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium
ínopis: * et vindictam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini
tuo: * et habitábunt recti cum vultu tuo.

Aña. Ab homínibus iníquis líbera me,
Dómine.

Aña. Custódi me a láqueo, quem statuérunt
mihi, et a scándalis operántium iniquí-
tem.

Psalmus 140.

DÓMINE clamávi ad te, exáudi me: * intén-
de voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátko mea sicut insénum in

conspéctu tuo: * elevátio mánuum meárum
sacrificium vespertínum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo: * et
óstium circumstántiae lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítia: * ad excusáandas excusatíones in pec-
cátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: *
et non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, et
inrepábit me: * óleum autem peccatóris non
impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátko mea in beneplá-
citis eórum: * absorti sunt juncti petræ jú-
dices eórum.

Audent verba mea quóniam potuérunt: *
sicut crassitúdo terræ erúpta est super ter-
ram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus infér-
num: * quia ad te Dómine, Dómine óculi
mei, in te sperávi, non áuferas ániam
meam.

Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi: * et a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: * sin-
gularíter sum ego donec tránseam.

Aña. Custodi me a láqueo, quem statuerunt mihi, et a scándalis operántium iniquitatem.

Aña. Considerábam ad déxteram, et videbam, et non erat qui cognóscret me.

Psalm. 141. Voce mea etc., ut in folio 8.

Capitulum ut ad Laudes.

HYMNUS.

MERENTES óculi, spárgite lácrymas,
Et luctu résonent íntima córdium,
Illátas réfero Númini ab ímpiis
Poenas, et fera vúlnera.

Accícta, heu! gladii turba satéllitum
Arréptum Dóminum fústibus ímpetit:
Nunc cædit eólaphis, nunc quátit hórridis
Divinum caput íctibus

Haud finis sceleri: tradítur ímprobo
Christus carnífici; nec mora, bárbarus
In Regem Súperum non timet ímpio
Ausu vértere déxteram.

Audíte, o pópuli: Númen amábile,
Manánte ex hrúmeris úndique sanguine,
Lictóris rábidi sustinet ímpetum,

Et vocem premit innocens.

Quis non illácrymet? Jam nova cóndidit
Torménta indómitæ gentis iníquitas;

Infigit cérebro, proh dolor! éfferis
Sertum vépribus ásperun.

Heu crímen! trahítur fúnibus improbis
Funésti Dóminus supplícii ad locum,
Illic oppétiit fúnere, spíritum

Patri restituens suo.

Passo pro mísseris tam fera vúlnera,
In terris résonet débita glória;
Sacrúmque asídue Nomen in æthera

Humánum génum éfferat.—Amen.

V. Oblatus est quia ipse vóluit.

R. Et lívore ejus sanáti sumus.

AD MAGNIFICAT.

Aña. O vos omnes, qui transítis per
viam, atténdite, et vidéte, si est dolor sicut
dolor meus.

Oratio ut ad Laudes;

In fine Hymnorum dicitur.

Sit laus Patri, ac Paráclito,
Natóque Patris único,
Nostræ dedit qui pródigus
Prétium salútis sanguinem.—Amen.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Regem Crucifixum. * Venite, adorémus.

Salm. Veníte exultémus Domino, etc.

HYMNUS.

ASPICE, infámi Deus ipse ligno
Pendet, effuso mádidus crúore,
Aspice, immítí manus alma clavo
Finditur alte.

Hunc velut pravi scéleris místrum,
Inter indígnos médium latrónes,
Cerne: crudélis fuit ista gentis
Dira volúntas.

Pallet, heu! vultus; caput ecce lassum
Fléctitur; cláusis óculis Redémptor
Spíritum sacro méritis onústum
Fúndit ab ore.

O cor, æs durum súperas, geméndo,
Ni scélus tergas: tua culpa Christum
Stípiti affixit, tua culpa morti
Súbdidit atræ.

Sit Deo aetérnum decus omne in ævum,
Qui pius nostri géneris Redémptor,
Críminis labem míseris nocéntem
Sanguine tersit.—Amen.

In primo Nocturno.

Aña. Astitérunt Reges terræ, et prín-

cipes convenérunt in unum advérsus Dómini-
num, et advérsus Christum ejus.

Psalmus 2.

QUARE fremuérunt Gentes: * et pópuli me-
ditati sunt inánia?

Astítérunt reges terræ, et príncipes con-
venérunt in unum * advérsus Dóminum, et
advérsus Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum: * et projiciá-
mus a nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis, irredébit eos; * et
Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua: * et in
furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo
super Sion montem sanctum ejus: * prædi-
cans præceptum ejus.

Dóminus díxit ad me: * Filius meus es tu,
ego hódie génuí te.

Póstula a me, et dabo tibi gentes hære-
ditátem tuam: * et possessióinem tuam té-
rminos terræ.

Reges eos in vírga férrea: * et támquam
vas figuli confrínges eos.

Et nunc, reges, intelligite: * erudímini qui
judicátis terram.

Servite Dómino in timore: * et exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus: * et pereátis de via justa.

Cum exárserit in brevi ira ejus, * beáti ómnes, qui confidunt in eo.

Aña. Astítérunt Reges terræ, et príncipes convenérunt in unum advérsus Dóminum, et advérsus Christum ejus.

Aña. Multiplicáti sunt, qui tríbulant me multi insúrgunt adyérsus me.

Psalm. 3. Dómine, quid multiplicáti, *ut in folio 19.*

Aña. Divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

Psalmus. 21.

DEUS, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? * longé a salúte mea verba detestórum meórum.

Deus meus clamábo per diem, et non exáudies: * et nocte, et non ad insipiéntiam mihi.

Tu áutem in sancto hábitas: * laus Israel.

In te speravérunt patres nostri: * speravérunt, et liberásti eos:

Ad te clamavérunt, et salvi fácti sunt: * in te speravérunt, et non sunt confíusi.

Ego áutem sum vermis, et non homo: * opprobrium hóminum, et abjectio plebis.

Omnès vidéntes me, derisérunt me: * locuti sunt lábiis, et movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum: * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxísti me de ventre: * spes mea ab ubéribus matris meæ. In te projectus sum ex útero.

De ventre matris meæ Deus meus es tu * ne discésseris a me.

Quóniam tribulátió proxima est: * quóniam non est qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi: * tauri píngues obsedérunt me.

Aperiérunt super me os suum: * sicut leo rápiens, et rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum: * et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera líquescens: * in medio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, et língua mea adhæsit fáucibus meis: * et in púlverum mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt me canes mul-
ti: * concílium malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas, et pedes meos: *
dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Ipsi veró consideravérunt, et inspexérunt
me: * divisérunt sibi vestiménta mea, et
super vestem meam misérunt sortem.

Tu autem, Dómino, ne elongáveris auxí-
lium tuum a me: * ad defensióнем meam
cónspice.

Erue a frámea, Deus, ániam mean: * et
de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis: * et a cárni bus
unicórniū humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: * in
médio Ecclésiæ landábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum: *
unívérsum semen Jacob glorificate eum.

Tímeat eum omne semen Israél: * quónia-
nam non sprevit, neque despéxit depreca-
tionem páuperis.

Nec avértit fáciem suam a me: * et cum
clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in Ecclésia magna: *
vota mea reddam in conspéctu timéntium
eum.

Edent páuperes et saturabúntur: et lau-

dábunt Dóminum, qui requírunt eum: * vi-
vent corda eórum in sǽculum sǽculi.

Reminiscéntur, et converténtur ad Dómi-
num * univérsi fines terræ.

Et adorábunt in conspéctu ejus: * univer-
sæ familiæ géntium.

Quóniam Dómini est regnum: * et ipse
dominábitur géntium.

Manducáverunt et adoráverunt ómnes pin-
gues terræ * in conspéctu ejus cadent ómnes
qui descéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet: * et semen meum
sérviet ipsi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventú-
ra: * et annuntiábunt coeli justítiam ejus pô-
pulo qui nascéntur, quem fecit Dóminus.

Aña. Divisérunt sibi vestiménta mea, et
super vestem meam misérunt sortem.

V. Oblátus est, quia ípse vóluit.
B. Et livore ejus sanáti sumus.

De Epistola B. Pauli Apostoli ad Romanos.

Lectio. I.

Cap. 5 et 6.

COMMENDÁT charitátem suam Deus in nobis;
quóniam cum adhuc peccatóres essémus, se-
cúndum tempus Christus pro nobis mórtuus

est: multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius. Non solum autem, sed et gloriavmur in Deo, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem reconciliationem accipimus. Si enim unius delicto mors regnavit per unum: multo magis abundantiam gratiae, et donationis et justitiae accipientes, in vita regnabunt per Iesum Christum.

R. Vinea mea electa, ego te plantavi, dicit Dominus, et tu facta es mihi nimis amara, * Quia parasti crucem Salvatori tuo.

V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. * Quia.

Lectio II.

IGITUR sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitae. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita et per unius obedientiam justi constituuntur multi. Lex autem subintravit, ut abunda-

ret delictum; ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia; ut sicut regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per justitiam in vitam aeternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

R. Ego eduxi te de Aegypto, demerso Pharaone in mare rubrum, et ante te prævixi in colonna nubis: * Et tu me tradidisti principibus sacerdotum, me deduxisti in prætorium Pilati.

V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. Et tu.

Lectio III.

QUID ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit: qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? An ignoratis, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Concepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes quia vetus ho-

mo noster sīmul crucifixus est, ut destruātur corpus peccati, et ultra non serviāmus peccato. Qui enim mórtuus est; justificatus est a peccato. Si autem mórtui sumus cum Christo, crēdimus quia sīmul etiam vivēmus cum Christo.

R. Ego propter te flagellávi Aegyptum cum primogénitis suis: * Et tu me flagellatum tradidisti. * Qui tamquam Agnus coram tondénte se, obmútui; et non apérui os meum.

V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contrastávi te? respónde mihi. * Et tu me.... Glória.... Qui tamquam Agens....

In secundo Nocturno.

Aña. Inimici mei dixérunt mala mihi: quando moriétur, et peribit nomen ejus?

Psalmus 40.

BEATUS qui intellégit super egénum et páuperem: * in die mala liberábit eum Dóminus. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra: * et non tradat eum in ánimam inimicorum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum doloris ejus: * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine, miserére mei: * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimici mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras: * et loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrábant ómnes inimici mei: * advérsum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me: * Numquid qui dormit, non adjíciet ut resúrgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi, * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplatióinem.

Tu autem, Dómine, miserére mei, et resuscítá me: * et retribuam eis.

In hoc cognóyi, quóniam voluísti me: * quóniam non gaudébit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepísti: * et confirmásti me in conspéctu tuo in æternum.

Benedictus Dóminus Deus Israel a sǽculo et usque in sǽculum: * fiat, fiat.

Aña. Inimici mei dixerunt mala mihi.
quando morietur, et persibit nomen ejus?

Aña. Alieni insurrexerunt in me, et fortes quesiérunt ánimam meam.

Psalmus 53.

DEUS in nōmine tuo salvum me fac: * et in virtute tua jūdica me.

Deus exaudi orationem meam: * auribus pēcipe yerba oris mei.

Quóniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quesiérunt ánimam meam: * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me: * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Averte mala inimicis meis: * et in veritate tua dispérde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi: * et confitébor nōmini tuo Dómine: quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatiōne eripuisti me: * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Aña. Alieni insurrexerunt in me, et fortes quesiérunt ánimam meam.

Aña. Conculcavérunt me inimici mei to-

ta die: adversum me ómnes cogitationes eorum in malum.

Psalmus 55.

MISERÉRE mei Deus, quóniam conculeávit me homo: * tota die impugnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimici mei tota die * quóniam multi bellantes adversum me.

Ab altitudine diei timébo: * ego vero in te sperábo.

In Deo laudabo sermónes meos, in Deo sperávi: * non timébo quid fáciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabantur: * adversum me ómnes cogitationes eorum, in malum.

Inhabitábunt, et abscondent: * ipsi calcaneum meum observabunt.

Sicut sustinuerunt ánimam meam, pro nihilo salvos fácies illos: * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam anuntiavi tibi: * posuisti lácrymas meas in conspectu tuo.

Sicut et in promissione tua: * tune converténtur inimici mei retrorsum.

In quacumque die invocávero te: * ecce cognovi quóniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, in Dómino laudabo sermónem: * in Deo sperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

In me sunt Deus vota tua: * quæ reddam, laudationes tibi.

Quóniam eripuísti ánimam meam de morte, et pedes meos de lapsu; * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Aña. Conculcavérunt me inimíci mei tota die: adversum me ómnes cogitationes eorum in malum.

V. Proprio Fílio suo non pepéreit Deus.

R. Sed pro nobis ómnibus trádidit illum.

SERMO S. AUGUSTINI EPISCOPI.

Lectio IV.

Sermo 41. de Passione Dómini.

ADMONET nos, fratres charíssimi, ad solemnitatem Dominicæ Passiónis dies ipse, in quo eam nec muta eleménta tacuérunt. Célebret eam lux fidei linguis hóminum, quam conclamavérunt étiam siléntia tenebrarum Dóminus noster in statéra crucis prétium nostræ salútis appéndit, et una morte universum mundum, sicut ómnium Cónditor, ita

ómnium Reparátor absolvit. Indubitánte enim credámus, quod totum mundum redémit, qui plus dedit, quam totus mundus valéret. Méritum enim redemptæ mercédis dignitas insígnis préti supergréssa est. Inter redemptum et rediméntem dispensatio fuit, compensatio non fuit. Qui ergo non habébat peccata propria, digne delévit aliena. Solus hic pia víctima pro ómnibus cécidit, ut ómnes leváret; et quia débitum solus non hábuit, recte fóenus misericordiae pro debitóribus erogávit.

R. Ego propter te Chananæorū reges percússi, et dedi tibi sceptrum regale: * Et tu dedísti cápiti meo spíneam corónam, et percussisti arúndine caput meum.

V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contrastávi te? Respónde mihi. * Et tu.

Lectio V.

PERPÉNDE inter hæc, qui tales pro nobis dedit pecúniam, qualem a nobis sit exacturus usúram. In hac itaque die fides prophéticæ annuntiationis impléta est, ita dicentis: Corpus meum dedi percutiéntibus, et genas meas velléntibus, fáciem meam non avérti a

fœdidatē sputōrum. Suscépit mala nostra, ut tribuēret bona sua. Hinc intelligāmus, quantum hóminem dilígere dignátus sit ante culpam, quem sic dílligit post ruínam. Agnóscē, homo, quantum váleas, et quantum débeas; et dum tantam redemptiōnis tuæ pérspicis dignitátem, ipse tibi indícito pecándi pudórem. Ecce pro ímpio piétas flagellátur, pro stulto sapiéntia illúditur, pro mendáse véritas necátur, damanátur justitia pro iníquo, misericórdia affícitur pro crudeli, pro mísero replétur sincéritas acéto, inebriátur felle dulcédo, addíicitur innocéntia pro reo, móritur vita pro mórtuo.

R. Ego duxi te per désertum quadraginta annis, et manna cibávi te: * Et tu me cecidísti álapis et flagellis.

V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristávi te? Respónde mihi. * Et tu.....

Lectio VI.

EXPAVIT scelus hóminum natúra rerum, et quem creatúra rebéllis non agnóscit, eum mundi Dóminus tremens terra testátur, et cœli Regem sol fúgiens confitétur. Chlámyde coccinea induútur, quia sanguine Mártys-

rum suórum Ecclésiæ corpus ornátur. Coróna spínea cápite ejus impónitur, quia púnctio peccatórum nostrórum, quorum remisióne Redemptoris glória struítur, áridis tríbulis comparátur. Studeámus nunc e diverso, ut membrórum vita cápitis sit coróna. Quod vero sitíre se in cruce pósitus dicit, fidem in crédule gentis concupíscit, sed e contra acérum malitiæ pórrigunt, quia vinum sapientiæ, quod a Deo accéperant peccándo corrúperant. Velum templi scínditur, quia Synagóga honore nudátur, observátio antiqua dissólvitur, Ecclésiæ úntas præmonstrátur. Monuménta aperiúntur, quia mortis jura jure superántur.

R. Ego exaltávi te magna virtúte: * Et tu me suspendísti in patíbulo Crucis.

* In qua expándi manus meas ad pópulum non credéntem et contradicéntem.

V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristávi te? Respónde mihi. Et tu..... Glória Patri.... In qua expándi....

In tertio Nocturno.

Aña. Filii hóminum dentes eórum arma et sagittæ, et língua eórum gládius acútus.

Psalmus 56.

MISERÉRE mei Deus, miserére mei: * quóniam in te confídit áнима mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo: * donec tránseat iniquitas.

Clamábo ad Deum Altíssimum: * Deum, qui benefécit mihi.

Misit de cælo, et liberávit me * dedit in opprórium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam, et veritátem suam: * et erípuit ánimam meam de me-dio catulórum leónum: dormívi conturbátus.

Fili hóminum dentes eórum arma et sagíttae: * et língua eórum gladius acútus.

Exaltáre super cælos Deus: * et in ómnen terram glória tua.

Láqueum paravérunt péibus meis: * et incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam: * et incídérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum: * cantábo, et psalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge psalterium et cíthara: * exúrgam dilículo.

Confitébor tibi in pópolis Dómine: * et psalmum dicam tibi in géntibus.

Quóniam magnificáta est usque ad cœlos misericórdia tua: * et usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cœlos Deus: * et super omnem terram glória tua.

Aña. Fílii hóminum dentes eórum arma et sagíttae, et língua eórum gládios acútus.

Aña. Intendérunt arcum rem amáram, ut sagíttent in ocúltis immaculátum.

Psalm. 63. Exaudi, Deus oratióne meam cum deprecor *ut in folio 13.*

Aña. Factus sum sicut homo sine adjutório, inter mortuos liber.

Psalm. 87. Dómine Deus salutis meæ, *ut in folio 21.*

V. Factus est obediens usque ad mortem.

R. Mortem autem Crucis.

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

*Lectio VII.**Cap. 19.*

In illo tempore: Sciens Jesus, quia ómnia consummata sunt, ut consummarétur Scriptúra dixit: Sítio. Et réliqua.

Homilia sancti Joannis Chrysóstomi.

84 *in Cap. 19 Joánis.*

SCIÉNS Jesus ómnia consummáta, ait: Sítio:

etiam hoc verbo prophetiam implens. Tu autem adstantium pravitatem intellige; nam licet innumeros habeamus inimicos, qui nos gravissime persecuti sint, cum tamen interimi eos videmus, flectimus misericordia. Hi vero nil moti, magis efferantur, et irrident, acetumque in sponsa porrigit, ut bibat tanquam reus: nam propter hoc hyssopum additur, quo gustato, mortuus est. Vides quam non perturbate, et quam potenter omnia transigentem? Quod et prosequens ostendit: cum enim omnia consummata essent, inclinato capite, quod afixum non erat, tradidit spiritum, hoc est, expiravit.

R. Ego te potavi aqua salutis de petra: * Et tu me potasti felle, et aceto.

V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. * Et tu,

Lectio VIII.

ATQUI non post inclinatum caput spiratur, sed post expiracionem caput inclinatur. Hic autem contra accidit; per quod ostendit eum Evangelista esse omnium Dominum. Judaei autem camelum devorantes et culicem excolantes, tantum nefas ausi, de die consultant: Quoniam Parasceve erat, ut non

remanerent in cruce corpora sabbato, rogarerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura. Vides quanti sit veritas? Per ea quae illi faciunt, prophetia impletur, alia enim ex hoc manifestata est. Venérunt ergo milites, et aliorum fregérunt crura, non Christi; sed ad Iudeorum gratiam conciliandam latus ejus lancea aperuerunt, et mortuo adhuc insultant. O péssimam voluntatem ac scelestissimam!

R. Ego ante te apériui mare; * Et tu aperuisti lancea latus Salvatori tuo: * Qui redemit mundum in sanguine suo.

V. Pópule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? responde mihi. Et Gloria Patri. Qui.

Lectio IX.

NOLI tamen perturbari, dilectissime: quae enim malo illi animo paträrunt, veritati consentiabant, Prophetia hinc impléta est, inquiens: Vidébunt in quem transfixerunt. Neque hoc tantum, sed non creditaris fuit fidei argumentum, ut Thomæ, et qui cum eo erant. Ad haec et arcánum mystérium consummatum est: exivit enim sanguis et aqua. Non casu et simpliciter hi fondes

scaturierunt, sed quóniam ex ambóbus Ecclésia constitúta est. Sciunt hoc initiati, per aquam enim regenerati, sanguine et carne nutriti sunt. Hinc mystéria ortum habent, ut quóties ad admirándum cálicem accédis, tanquam ab ipso látere hauriens, accédas.

Te Deum laudámus.

VERITATIS

AD LAUDES

et per Horas.

Aña. 1. Fui flagellátus tota die, et castigatio mea in matutinis.

Psalm. Dóminus regnávit.

Aña. 2. Veni ad montem myrrhæ, et ad collem thuris: tanquam agnus ad occisionem ductus obmútui, et non apérui os meum.

Aña. 3. Fodérunt manus meas, et pedes meos: dinuméravérunt ómnia ossa mea.

Aña. 4. Consolántem me quæsívi, et non invéni: dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me aceto.

Aña. 5. Cum accepísset Jesus acétum, dixit: Consummátum est; et inclináto cápite emisit spíritum.

Capitulum.

Philip. 2.

FATRES: Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitrátus est esse se æqualem Deo, sed semetípsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitúdinem hominum factus, et hábitu invéntus ut homo. Humiliávit semetípsum factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

HYMNUS.

Sævo dolórum túrbine
Jactátur atris óbrutus
Poenis, acérba sústinen
Redémptor affixus Crucis.

Pedes manúsque horríbili
Clavi cruéntant vúlnere;
Cor, vultus, artus, péctora
Sacro redúndant sanguine.

Flet, orat, et clámans obit;
Cor Matris íctum cóncidit:
Heu Mater! Heu Fili! dolor
Ingrata frángat péctora.

Móntes, sepúlera, saxáque
Scindántur árva, flúmina,

Rupes, et æquor contrémunt,
Templique velum scinditur.

Sol, luna, cœlum, sidera
Plángunt: et órbis íngemit:
O vos viri, vos párvuli,
Nuptæ, puellæ plángite.

Adstáte mœréntes cruci,
Pedes beatos úngite;
Laváte fletu, térgite
Comis, et ore lámbite.

Tu charítatis víctima,
Ut nostra tollas crímina,
Nobis salúbri périficis
Adoptíonem sanguine.

Nostra ergo pax et gáudium,
Sis vita, Jesu, et præmíum,
Sis dúcтор, et lux in via,
Mérces, coróna in pátria.—Amen.

V. Ipse vulnerátus est propter iniquítates nostras.

R. Et attritus est propter scélera nostra.

AD BENEDICTUS.

Aña. Ad Jesum autem cum veníssent,
ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt
ejus crura; sed unus mítitum láncea latus ejus
apéruit, et contínuo exivit sanguis, et aqua.

ORATIO.

O MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui humáno
géneri, ad imitándum humilitatis exémplum,
Salvatórem nostrum carnem súmere, et cru-
cem subíre fecísti: concéde propítius, ut, si-
cū solémnem commemoratióñem Passiónis
ejus celebrámus, ita et patiéntiae ipsius ha-
bére documénta, et resurrectiōnis consórtia
mereámur. Per eúndem Dóminum.

AD PRIMAM.

In R. brevi dicitur. V. Qui pro nobis pati
dignátus es.

AD TERTIAM.

Aña. Veni ad monten mirrhæ.

Cap. Fratres: Hoc enim.

R. Oblátus est, * Quia ipse voluit. Oblá-
tus est.

V. Et livore ejus sanati sumus. * Quia
ipse. Glória Patri.... Oblátus.

V. Proprio Fílio suo non pepércit Deus.

R. Sed pro nobis ómnibus trádidit illum.

AD SEXTAM.

Aña. Foderunt.

Capitulum.

Zach. 13.

QUID sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: his plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.

R. Proprio Filio suo: * non pepérceit Deus. * Proprio Filio. . . . V. Sed pro nobis omnibus trádidi illum. * Non pepérceit Deus. Glória Patri . . . Proprio.

V. Factus est obédiens usque ad mortem.

R. Mortem autem crucis.

AD NONAM.

Aña. Cum accepísset.

Capitulum.

Isaiae 53.

GENERATIONEM ejus quis enarrabit? Quia abscessus est de terra viventium, propter scelus populi mei percussi eum.

R. Factus est obédiens. * Usque ad mortem. Factus est . . . V. Mortem autem crucis. * Usque ad mortem. Glória Patri . . . Factus est . . .

V. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.

R. Et attritus est propter scélera nostra.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in primis præter sequentia.

V. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.

R. Et attritus est propter scélera nostra.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Depónens Joseph corpus Jesu involvit sídone, et posuit eum in monuménto exciso: fuit planctus magnus in illa die: muliéres autem sedentes contra sepúlcrum dolébant, sicut doléri solet in morte primogéniuti.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



Lugubre munus protulit?

Quae sæva messuit manus?

Christi rubescens sanguine

Aculeos mutat rosis,

Palmamque vincens fructibus,

Spina est triumphis aptior.

Culpis satæ mortaliæ

Te, Christe, spinæ vulnerant,

Evelle nostras cordibus

Tuasque nostris insere.

Virtus, honor, laus, gloria,

Deo Patri cum Filio,

Sancto simul Paracclito,

In saeculorum saecula.—Amen.

V. Plectentes corónam de spinis.

R. Posuerunt super caput ejus.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Egredimini et videte, filiae Sion,
regem Salomonem in diademeate, quo corona-
vit eum mater sua, parans crucem Salvato-
ri suo.

Oratio ut ad Laudes.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Regem spinis co-
ronatum, * Venite, adoremus.

Omnia ut in primis præter sequentia.

FERIA SEXTA

POST CINERES.

SS. SPINEÆ CORONÆ D. N. J. C.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
DUPLEX MAJUS.

AD VESPERAS.

Aña. et Capit. de Laudibus Psalmi de Do-
minica et loco ultimi Psalm. Laude Domini-
num omnes gentes.

HYMNUS.

EXITE, Sion filiae,
Regis pudicæ virgines,
Christi corónam cérnите,
Quam mater ipsa téxuit.
Horret revulsis críñibus
Spinis cruentatum caput,
Et vultus illi décolor
Mortem propinquam réspicit.
Quæ terra sulcis ívia,
Dumis rigens et séntibus,

Psalm. Venite, exultemus.
Hymnus. Exite, ut supra.

In primo Nocturno.

Aña. Erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, et fructum suum dabit in tempore suo.

Psalmus I.

BEATUS vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit: * et in cathedra pestilentiae non sedit.

Sed in lege Domini voluntas ejus: * et in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: * quod fructum suum dabit in tempore suo.

Et folium ejus non defluet: * et omnia quaecumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic: * sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.

Ideo non resurgent impii in iudicio: * neque peccatores in consilio justorum.

Quoniam nobis Dominus viam justorum: * et iter impiorum peribit.

Aña. Convenérunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

Psalm. 2. Quare fremuerunt, ut in folio 37.

Aña. In tribulacione dilatasti mihi.

Psalmus 4.

CUM invocarem, exaudiuit me Deus justitiae meae: * in tribulacione dilatasti mihi.

Miserere mei: * et exaudi orationem meam.

Filii hominum, usquequo gravi corde? * ut quid diligitis vanitatem, et queritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum: * Dominus exaudiet me, cum clamavero ad eum.

Irascimini, et nolite peccare: * quae dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Domino. * Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: * dedisti laetitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini et olei sui * multiplicati sunt.

In pace in idipsum * dormiam, et requiescam.

Quoniam tu Domine, singulariter in spe * constituisti me.

Ana. In tribulacione dilatasti mihi.

V. Gloria et honore coronasti eum, Domine.

R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

De Isaia propheta.

Lectio I.

Cap. 53.

Quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, et sicut radix de terra sitiensi. Non est species ei, neque decor: et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum: despectum, et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem: et quasi absconditus vultus ejus et despctus, unde nec reputavimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit: et nos putavimus eum quasi leprorum, et percussum a Deo, et hu-

miliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostrae super eum, et livore ejus sanati sumus.

R. Maledicta terra in opere hominis; * Spinas et tribulos germinavit Christo.

V. Quia comedit Adam de lingno, ex quo praecepit Deus ne comedaret.... Spinas.

Lectio II.

OMNES nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit: et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit, et non apertus os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet, et non apertus os suum. De angustia et de iudicio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? Quia abscessus est de terra viventium: propter seculum populi mei percussi eum.

R. Apparuit Moysi Dominus in flamma ignis de medio rubi: * Et videbat, quod rumbus ardaret, et non combureretur.

V. Dixit ergo Moyses: Vadam, et videbo visionem hanc magnam. Et videbat.

Lectio III.

Et dabit ímpios pro sepultúra, et dívitem pro morte sua: eo quod iniquitátem non fécerit, neque dolus fúerit in ore ejus. Et Dóminus voluit contérere eum in infirmitáte: si posuérit pro peccáto ánimam suam, vidébit semen longævum, et volúntas Dómini in manu ejus dirigétur. Pro eo quod labrávit ánima ejus, vidébit et saturábitur; in sciéntia sua justificábit justus servus meus multos, et iniquitátes eórum ipse portábit.

R. Ecce ignis et ligna, Deus providébit sibi * Víctimam holocáusti.

V. Levávit Abraham óculos suos, viditque post tergum ariétem inter vepres hæréntem. Víctimam. Glória Patri, Víctimam.

In secundo Nocturno.

Aña. Dómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronásti me.

Psalmus 5.

VERBA mea áuribus pércepe Dómine, * intellige clamórem meum.

Inténde voci orationis meæ, * Rex meus et Deus meus.

Quóniam ad te orábo: * Dómine mané exáudies vocem meam.

Mané astabo tibi, et vidébo: * quóniam non Deus vólens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus: * neque permanébunt injusti ante óculos tuos.

Odísti ómnes, qui operántur iniquitátem: * perdes ómnes, qui loquuntur mendácium.

Virum sanguinum, et dolosum abominabitur Dóminus * ego autem in multitúdine misericordiæ tuæ.

Introíbo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Dómine deduc me in justitia tua: * propter inimícos meos dirige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlercum patens est guttur eórum: linguis suis dolose agébant: * júdica illos Deus.

Décidant a cogitationibus suis, secúndum multitúdinem impietatum eórum expelle eos: * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtr ómnes, qui sperant in te, * in ætérnum exultábunt: et habitábis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quóniam tu benedícies justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ * coronásti nos.

Aña. Dómine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronásti me.

Aña. Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honore coronásti eum.

Psalmus 8.

DÓMINE Dóminus noster, * quám admirabile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam éllevata est magnificéntia tua * super cœlos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimicum et ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera dígitorum tuorum: * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis; glória et honore coronásti eum: * et constiútisti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves et boves univérsas, insuper et pécora campi.

Vólucres cœli, et pices maris, * qui pe- rambulant sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirabile est nomen tuum in univérsa terra!

Aña. Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honore coronásti eum.

Aña. Peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagíttas suas in pháretra, ut sagíttent justum.

Psalmus 10.

IN Dómino confido: quómodo dícitis ánimæ meæ: * Trásmigra in montem sicut passer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagíttas suas in pháretra, * ut sagíttent in obscúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: * justus autem quid fecit?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in páuperem respiciunt: * pálpebræ ejus interrogant filios hóminum.

Dóminus intérrogat justum et ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam suam.

Pluet super peccátore láqueos: * ignis,

et sulphur, et spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, et justítias di-léxit: æquitátēm vidiſ vultus ejus.

Aña. Peccatóres intendérunt arcum, pa-ravérunt sagíttas suas in pháretra, ut sa-gittent justum.

V. Posuísti, Dómine, super caput ejus.

B. Corónam de lápide pretiósio.

SERMO S. BERNARDI ABBATIS.

Lectio IV.

Sermo 2 in Epiph. Dómini.

EGREDÍMINI, filiæ Sion: vobis dícimus filiæ Sion, ánimæ sæculáres, débiles, delicátæ filiæ, et non filii, in quibus nihil est fortitúdis, nihil est virilis ánni. Egressímini de sen-su carnis ad intelléctum mentis, de servitúte carnális concupiscéntiæ ad libertátem spirituális intelligéntiæ. Egressímini de terra vestra, et de cognatióne vestra, et de domo patris vestri, et vidéte regem Salomónem in dia-démate, quo coronávit eum mater sua, in coróna paupertatis, in coróna misériæ: síquidem coronátus est et a novéraca sua coróna-

spínea, coróna misériæ, coronándus a família sua coróna justitiæ, quando exíbunt An-geli, et tollent de regno ejus ómnia scándala, quando véniat ad judícium cum seniòribus pópuli sui, cum pugnábit pro eo orbis ter-rárum advérsus insensátos. Corónat eum et Pater coróna gloriæ, sicut ait Psalmista: Glória et honóre coronásti eum, Dómine. Vidéte eum, filiæ Sion, in diadémate, quo coronávit eum mater sua.

R. Cum apparuérit Princeps pastórum, quo percússio, dispérsæ sunt oves gregis, * Percipiétis immarcescibilem gloriæ corónam.

V. Cum fécerit grande convívium, ut osténdat divítias gloriæ regni sui. Percipié-tis.

Lectio V.

Serm. 42 in Cantit.

Ego, fratres, ab ineunte mea conversiōne, pro acérvo meritórum, quæ mihi deésse sciébam, mihi fascículum colléctum ex ómnibus anxietatibus et amaritudinibus Dómini mei collígere, et inter ubera mea collocáre cu-rávi. Memóriam abundántiæ suavitatis ho-

rum eructabo quoad víxero: in aetérnum non
oblivíscar miseratiónes istas, quia in ipsis
vivificátus sum. Mihi hic salutáris fascícu-
lus servátus est: nemo tollet eum á me, in-
ter úbera mea commorábitur. Hæc medi-
tari dixi sapiéntiam, in his justítiae mihi
perfectionem constitui, in his plenitádinem
sciéntiae, in his divítias salútis, in his cónrias
merítórum. Ex his mihi intérduum potus
salutáris amarítudinis, ex his rursum suá-
vis unctio consolationis. Hæc me érigunt
in adversis, in prósperis réprimunt, et inter-
læta tristiaque vitæ præséntis via régia
incedénti tutum præbent utrobique ducá-
tum, hinc inde mala imminéntia propulsán-
do: hæc mihi conciliant mundi Júdicem,
dum treméndum potestátibus, mitem humi-
lémque figúrant, dum non solum placábilem,
sed et imitábilem repræséntant eum, qui
inaccessíbilis est principátibus, terríbilis
apud reges terræ.

B. Accépit regnum decórís * Et diadé-
ma speciéi.

V. Deus exaltávit illum, et dedit illi
nomen, quod est super omne nomen. Et.....

Lectio VI.

Hæc proptérea mihi in ore frequénter, si-
cut vos scitis: hæc in corde semper, sicut
Deus scit; hæc stylo meo ádmodum fami-
liária, sicut appáret; hæc mea sublímior
ínterim philosophía, scire Jesum, et hunc
crucifíxum. Non requíro, sicut sponsa, ubi
eubet in merídie, quem lætus ampléctor mea
inter úbera commorántem. Non requíro,
ubi pascat in merídie, quem intúeor Salva-
tórem in cruce. Illud sublímius, istus suá-
vius: panis illud, hoc lac: hoc víscera réficit
parvulórum, hoc replet úbera matrum, et
ídeo inter úbera mea commorábitur. Hunc
et vos dilectíssimi, tam diléctum fascículum
collígite vobis, hunc medallis insérte cordis,
hoc muníte áditum péctoris, ut et vobis in-
ter úbera commoréetur. Si enim ante óculos
habuéritis quem portátis, pro certo vidéntes
angústias Dómini, lévius vestras portábi-
tis, ipso auxiliánte Ecclésiæ Sponso, qui est
super ómnia Deus benedictus in sæcula.
Amen.

B. Arcam de lignis Setim deaurábis au-
ro mundíssimo intus et foris: * Faciésque
supra corónam áuream per círcuitum.

V. Ponas in arca testificatiōnem, quam dabo tibi. Faciēsque. Glória Patri. Fa-ciēsque.

In tertio Nocturno.

Aña. Ingrēssus sine mácula, et operátus justítiam, coronátus est in monte sancto tuo.

Psalmus 14.

DÓMINE, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingrēditur sine mácula, * et operátur justítiam.

Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in língua sua.

Nec fecit próximo suo malum, * et op-próbrium non accépit advérsus próximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu ejus malígnus: * timéntes autem Dóminum glorificat.

Qui jurat próximo suo, et non décipit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit.

Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum.

Aña. Ingrēssus sine mácula, et operátus justítiam, coronátus est in monte sancto tuo.

Aña. Super caput ejus corónam de lápi-de pretioso posuísti, Dómine.

Psalmus 20.

DÓMINE, in virtúte tua létabitur rex: * et super salutáre tuum exultábit vehémenter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei: * et vóluntáte labiòrum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictiōni-bus dulcédiñis: * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretioso.

Vitam petiit a te: * et tribuísti ei longi-tudinem diérum in sæculum, et in sæculum, sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo: * glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiōnem in sæculum sæculi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino: * et in misericórdia Altissimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat ómnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore
vultus tui: * Dóminus in ira sua conturbábit
eos, et devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes: * et se-
men eórum a filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala: * co-
gitavérunt consilia, quæ non potuérunt sta-
bilire.

Quóniam pones eos dorsum: * in relíquias
tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua: * cantá-
bimus et psallémus virtutes tuas.

Aña. Super caput ejus corónam de lápi-
de pretioso posuísti, Dómine.

Aña. Adversus eos, qui tríbulant me,
impinguásti in óleo caput meum.

Psalmus 22.

DÓMINUS regit me, et nihil mihi déerit, *
in loco pascuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectionis educávit me: *
ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justitiæ, *
propter nomen suum.

Nam et si ambulávero in médio umbræ
mortis, non timébo mala: * quóniam tu me-
cum es.

Virga tua, et báculus tuus: * ipsa me
consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * ad-
vérsus eos, qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * et ca-
lix meus inébrians quam præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * 6m-
nibus diébus vitæ meæ.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in
longitudinem diérum.

Aña. Advérsus eos, qui tríbulant me,
impinguásti in óleo caput meum.

V. Coróna áurea super caput ejus.

R. Expréssa signo sanctitatis.

Léctio Sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio VII.

Cap. 19.

In illo témpore: Apprehendit Pilátus Je-
sus, et flagellávit. Et mílités plecténtes
corónam de spinis imposuérunt cárpi ejus.
Et reliqua.

Homilia S. Bernárdi Abbátis.

Ex serm. 50 de diversis.

VÍDÉTE filiæ Sion, Regem Salomónem. Non

dicit Ecclesiásten, aut Ididam. Nam et his nomínibus appellátus est rex ille, et significat Jesum Christum, nostrum verum Salomonem, qui est Sálomon, id est, pacíficus in exílio: Ecclesiástes, id est, concionátor in judício: Idida, id est, diléctus Dómini in regno, ubique rex. In exílio mansuétus, in judício justus, in regno gloriósus. In exílio amabilis, in judício terribilis, in regno adorabilis. In diadémate, quo coronávit eum mater sua. Est autem hæc coróna misericordiæ, et in hac imitabilis. Coronávit eum et novércua sua coróna miseriæ, et in hac contemptibilis. Synagógam loquor, quæ se ei non matrem exhibuit, sed novércam.

B. Fácies altare adadoléndum thymiáma de lignis Setim: * Faciésque ei corónam aureolam per gyrum.

V. Ponésque altare contra velum coram propitiatório. Faciésque.

Lectio VIII.

CORONABIT eum família sua coróna justitiæ, et in hac terribilis: coronat eum Pater suus coróna gloriæ, et in hac desiderabilis. Videant ergo eum peccatóres in coróna miseriæ, id est, spínea, et compungántur: videant

eum filiæ Sion, ánimæ affectuósæ, in coróna misericordiæ, et imiténtrur. Vidébunt eum ímpii in coróna justitiæ, et peribunt: vidébunt eum Sancti in coróna gloriæ, et perpetuáliter gaudébunt. Coronántur quidem et alii imitatóres ipsius, sed hoc ex indústria adjúti per gratiam. Solus iste a matre coronátus est, qui solus cum ordinatis affectiōnibus tanquam sponsus e thálamo procéssit ex útero matris.

B. Christus sciens dolorem et infirmitatem, spinis coronátus: * Ipse est, qui coronat vos in misericordia et miserationibus.

V. Vulnerátus propter iniquitatēs nostras, attritus propter scélera nostra, cuius livore sanati sumus. Ipse. Glória. Ipse.

Nona lectio dicitur de Homilia Feriæ.

AD LAUDES

et per Horas.

Aña. 1. Diléctus meus cándidus et rubicundus, comæ cápitibus ejus sicut púrpura regis vícta canálibus. Psalm. Dóminus regnavit.

Aña. 2. Requiévit super eum spíritus

timoris Dómini: corona sapiéntiae et exultatiōnis decorávit illum.

Aña. 3. Induit eum Dóminus vestimētis salútis, et indumento justitiae quasi spónsum decorátum corona.

Aña. 4. Fasciculus myrrhae diléctus meus mihi, inter ubera mea commorabítur.

Aña. 5. Rex aeternae gloriæ pro nobis coronatus benedíctet coronae anni benignitatis suæ.

Capitulum.

Cant. 3.

EGREDÍMINI et videte, filiae Sion, regem Salomonem, in diadémate, quo coronavit illum mater sua.

HYMNUS.

LEGIS figūris píngitur
Christi corona nóbilis;
Impléxa spinis vícitima,
Ardénsque testátur rubus.

Arcam corona cíixerat,
Mensæque sacrum círculum,
Arámque thure fúmidam,
Corona néctit ámbiens.

Christi dolórum cónscia,
Salve, corona gloriæ,
Gemmis et áuro púlchrior,
Víncens corónas síderum.

Virtus, honor, laús gloria

Deo Patri cum Fílio,
Sancto simul Paráclito,
In sacerdórum saecula.—Amen.

V. Eris corona gloriæ in manu Dómini.
B. Et diadéma regni in manu Dei tuī.

AD BENEDICTUS.

Aña. Exívit Jesus pórtans spíneam corónam, et purpúreum vestimētum.

ORATIO.

PRÉSTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui in memóriam passiónis Dómini nostri Jesu Christi, Corónam ejus spíneam venerámur in terris, ab ipso gloria et honore coronari mereámur in cœlis: Qui tecum.

AD TERTIAM.

Aña. Requiévit super eum.
Cap. Egredímini, ut supra.

R. br. Eris coróna glóriæ * In manu Dómini. Eris. V. Et diadéma regni in manu Dei tui. In manu.... Glória.... Eris.

V. Glória et honore coronasti eum, Dómine. R. Et constitúisti eum super ópera manum tuárum.

*ALERE FLAMMAM
VERITATIS*
AD SEXTAM.

Aña. Induit eum.

Capitulum.

Apoc. 6.

VIDI, et ecce equus albus, et qui sedébat super illum, habébat arcum, et data est ei coróna, et exívit vicens, ut víceret.

R. br. Glória et honore * coronasti eum, Dómine. Glória. V. Et constitúisti eum super ópera mánuum tuárum. Coronasti.... Glória Patri.... Glória.

V. Tuam corónam adorámus, Dómine.

R. Tuam gloriósam recólimus passió-
nem.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
AD NONAM.

Aña. Rex ætérnæ glóriæ.

Capitulum.

Isaiæ 28.

In die illa erit Dóminus exercítuum coróna glóriæ; et sertum exultatiónis résiduo pópuli sui.

R. br. Tuam corónam * Adorámus, Dómine. Tuam. V. Tuam gloriósam recólimus passióinem. Adorámus. Glória. Tuam.

V. Plecténtes corónam de spinis.

R. Posuérunt super caput ejus.

IN II VESPERIS.

Omnia dicuntur ut in primis.

AD MAGNÍFICAT.

Aña. Et genu flexo ante eum, illudébant ei, dicéntes: Ave Rex Judæórum: et expuéntes in eum, accéperunt arúndinem, et percutiébant caput ejus.

Delétum Dómini sanguine fígitis,
Mortis chirógraphum cruci.

Te, Jesu, Súperi láudibus éfferant,
Qui clavórum áditus, signáque Lánceæ
In cœlo rétines, vivus ubi ímperas,
Cum Patre atque Paráclito.—Amen.

- V. Fodérunt manus meas et pedes meos.
B. Dinumerávunt ómnia ossa mea.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Delens quod advérsus nos erat
chirógraphum decreti, quod erat contrárium
nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud
Cruci.

Oratio ut ad Laudes.

In fine Hymnorum dicitur: Clavis foráto et
Láncea *ut infra ad Matut.*

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Láncea et Clavis
vulnerátum, * Veníte adorémus.

Psalm. Veníte exultémus.

HYMNUS.

SALVÉTE, Clavi et Láncea
Squalóre nuper óbsita,

FERIA SEXTA

POST DOMINICAM I. QUADRAGESIMÆ.

DE LANCEA ET CLAVIS DOMINI N. J. C.

ALERE FLAMMAM DUPLEX MAJUS.
VERITATIS

IN I. VESPERIS.

Añæ. et Capit. de Laudib. Psalmi de Do-
minica et loco ultimi Psalm. Laudate Dómi-
nūm omnes gentes.

HYMNUS.

QUÆNAM língua tibi, o Láncea, débitas
Grates pro mérito est apta repéndere?
Christi vivíficum namque áperis latus,
Unde Ecclésia náscitur.

Hæc est Heva viri de látere éxiens,
Olli membra gravis dum sopor óccupat;
Hanc quippe alter Adam, corde scaténtibus
Unda et sanguine, prócreat.

O clavi, æqua manet vos quoque grátia,
Christi quando sacris ártubus ínsiti,

Quæ mersa Christi corpori,
Almo rubétis sanguine.

Vos ad scélus Judáica
Elégerat perfidia:
Sed in ministra gratiæ
Vos vertit e cœlo Deus.

Nam quot sacratis ártibus
Sculpsistis olim vúlnera,
E tot reclúsis fóntibus
Dona éffluunt cœlestia.

Clavis forato et Láncea,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre et almo Spíritu,
Nunc, et per omne sæculum. Amen.

Si omissus sit Hymnus ad Vesperas, dicatur ad Matutinum, et Hymnus Matutini conjugatur cum Hymno ad Laudes.

In primo Nocturno.

Aña. Ad Jesum autem cum venissent, non fregérunt ejus crura, sed unus militum láncea latus ejus apéruit.

Psalm. 1. Beatus vir, *ut in folio 64.*

Aña. Exivit sanguis et aqua; et qui vidit, testimónium perhíbuit, et verum est testimónium ejus.

Psalm. 2. Quare fremuérunt, *ut in folio 37.*

Aña. Alia Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt.

Psalm. 3. Dómine, quid multiplicáti, *ut in folio 19.*

V. Quem tu percussisti, persecuti sunt.

R. Et super dolorem vúlnerum meorum addidérunt.

De Zacharia Prophéta.

Lectio I.

Cap. 12.

Hec dicit Dóminus: Effúndam super domum David, et super habitatores Jerúsalem spíritum gratiæ et precum, et aspícient ad me, quem confixérunt. Et plangent eum planctu quasi super unigénitum, et dolébunt super eum, ut doléri solet in morte primogéniti. In die illa magnus erit planetus in Jerúsalem, sicut planetus Adadrémmom in campo Magéddon. Et planget terra, familiæ et familiæ seórsum; familiæ domus David seórsum; et mulieres eórum seórsum; familiæ domus Nathan seórsum, et mulieres eórum seórsum; familiæ domus Levi seórsum, et mulieres eórum seórsum; familiæ

Sémei seórsum, et mulíeres eórum seórsum. Omnes famíliae réliquæ, famíliae et famíliae seórsum, et mulíeres eórum seórsum.

R. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, * Sed unus míticum láncea latus ejus apéruit.

V. Et qui vidit, testimónium perhíbuit, et verum est testimónium ejus. * Sed unus....

Lectio II.

Cap. 13.

In die illa erit fons patens dómui David, et habitántibus Jerúsalem, in ablutióne pecatóris et menstruátæ. Et erit in die illa, dicit Dóminus exércituum: Dispérdam nómina idólorum de terra, et non memorabúntur ultra; et pseudoprophétas et spíritum im-múndum áuferam de terra. Et erit, eum prophetáverit quíspiam ultra, dicent ei pater ejus et mater ejus, qui genuérunt eum: Non vives, quia mendácium locútus es in nómine Dómíni, et configent eum pater ejus et mater ejus, genítóres ejus, cum prophetáverit. Et erit: In die illa confundéntur prophétæ, unusquísque ex visióne sua cum prophetáverit; nec operiéntur pallio sáccino, ut

mentiántur; sed dicet: Non sum prophéta; homo agrícola ego sum; quóniam Adam exémplum meum ab adolescéntia mea.

R. Unus mítum láncea latus ejus apéruit, * Et contínuo exívit sanguis et aqua.

V. In die illa erit fons patens dómui David et habitántibus Jerúsalem. Et....

Lectio III.

Er dicétur ei: Quid sunt plagæ istæ in mé-dio mánuum tuárum? Et dicet: His plagá-tus sum in domo eórum, qui diligébant me. Frámea suscitáre super pastórem meum, et super virum cohæréntem mihi, dicit Dómi-nus exércituum: pércute pastórem, et disper-géntur oves, et convértam manum meam ad párvulos. Et erunt in omni terra, dicit Dó-minus: partes duæ in ea dispergéntur, et defícient; et tértia pars relinquétur in ea. Et ducam tértiam partem per ignem, et uram eos sicut úritur argéntum, et probábo eos sicut probátur áurum. Ipse vocábit nomen meum, et ego exáudiam eum. Dicam: Pó-pulus meus es; et ipse dicet: Dóminus Deus meus.

R. In die illa erit fons patens dómui

David, et habitantibus Jerúsalem, * In ablutionem peccatóris et menstruátæ.

V. Hic est, qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus. * In ablutionem.....
Glória.... In ablutionem....

In secundo Nocturno.

Aña. Aspícient ad me, quem confixérunt; et plangent eum planetu quasi super unigénitum.

Psalm. 4. Cum invocárem *ut in folio 65.*

Aña. Quid sunt plagæ istæ in medio mánum tuárum?

Psalm. 5. Verba mea *ut in folio 68.*

Aña. His plagátus sum in domo eórum, qui diligébant me.

Psalm. 8. Dómine, Dóminus noster *ut in folio 70.*

V. Ipse vulnerátus est propter iniquítates nostras.

R. Attritus est propter scélera nostra.

Sermo Innocéntii Papæ Sexti.

Lectio IV.

In decreto de Festo Lánceæ et Clavórum Dómini.

I N Redemptoris nostri Dómini Jesu Christi

sacratissima passióne sic nos gloriári opóret, ut ipsius passiónis cuncta mystéria di-numérantes et mérita, singulis etiam ejus salutáribus instruméntis gloriémur. Inter quæ illud celebriter memorandum est, quod ipse Salvátor, emísso in cruce jam spíritu, sustinuit perforári Láncea latus suum, ut inde sanguinis et aquæ profluéntibus undis, formaréetur única et immaculáta ac virgo, sancta mater Ecclésia sponsa sua. O beatísima ipsius sacri láteris apertúra, unde nobis tot et tanta divinæ pietatis dona fluxérunt! O felix Lácea, quæ tot bona nobis efficere, et ad tanti triumphi glóriam méruit superaddi!

R. Hic est qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus, * Non in aqua sólum, sed in aqua et sanguine.

V. Tres sunt qui testimónium dant in terra, Spíritus, aqua, et sanguis: et hi tres unum sunt. * Non in aqua....

Lectio V.

®

Hæc latus ipsum aperiéndo, sacratissimas januas nobis regni cœlestis apéruit. Hæc vulnerando jam mortuum, vúlnera nostra

sanávit, vitámque nobis réddidit et salútem. Hæc innóxiū transfigendo, illius sanguine culpas nostras abtérsit; et demum ejúsdem sacratíssimis undis irrigáta, cœcitatis nostræ ténebras sústulit, et nos ipsius divinæ pietatis flúviis mundávit. Illi étiam dulces Clavi, quibus ipse Salvátor eidem cruci fuit affixus, quique non solum immaculátō respérgi sanguine, et molem ferre tanti pónderis meruérunt; sed et nos etiam per ipsórum salutíferas plagas dulcédinem tantam ipsius divinæ charitatis accépimus, ut manus nostræ a peccati solútæ néxibus, pedésque nostri a mortis láqueis fúerint liberáti, sunt devotissime recoléndi.

R. Quóniam circumdedérunt me canes multi, concílium malignántium obsédit me. * Fodérunt manus meas, et pedes meos.

V. Dicétur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuárum? * Fodérunt....

Lectio VI.

QUID enim vúlnere et plagis hujusmodi sanctius? quid eis salúbrius? ex quibus salus nostra procéssit, et in quibus assíduc se pos-
sunt curáre ánime devotórum? Licet ígitur

Láncea et Clavi prædicti, aliáque ipsius passiónis salutária instrumenta sint a cunctis fidélibus Christi ubílibet veneránda, et de ipsa étiam passióne in eádem Ecclésia solémnia annis síngulis officia celebréntur et fiant; dignum tamen et convéniens reputámus, si de ipsius passiónis speciálibus instruméntis, et præsértim in pártibus, in quibus instruménta ipsa dicántur habéri, solémne ac speciále festum celebréntur et fiat; nosque illos fidéles Christi, qui áliqua ex instruméntis ipsius habére se gáudent, in eórum devotione, divinis officiis atque munéribus speciáliter foveámus.

R. Dicétur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuárum? Et dicet: * His plagátus sum in domo eórum, qui diligébant me.

V. Nisi vídero in manib⁹ ejus fixúram Clavórum, non credam. * His plagátus sunt.... Glória.... * His plagátus....

In tertio Nocturno. ®

Aña. Fodérunt manus meas et pedes meos, dinumeráverunt ómnia ossa mea.

Psalmus 95.

CANTATE Dómino canticum novum: * cantate Dómino omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus: * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus: * in ómnibus pópolis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus et laudábilis nimis: * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam ómnes dñi géntium dæmónia: * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia, et magnificéntia in sanctificatione ejus.

Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam et honórem: * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tollite hóstias, et intróite in átria ejus: * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a facie ejus univérsa terra: * dicite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur: * judicábit pópolos in æquitáte.

Læténtr coeli, et exultet terra, commoveátur mare, et plenítudo ejus: * gaudébunt campi, et ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a facie Dómini, quia venit: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit órbem terræ in æquitáte: * et pópolos in veritáte sua.

Ana. Fodérunt manus meas et pedes meos, dinumeráverunt ómnia ossa mea.

Ana. Nisi vídero in mánibus ejus fixúram Clavórum, et mittam dígitum meum in locum Clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam.

Psalmus 96.

DÓMINUS regnávit, exultet terra: * læténtr insulæ multæ.

Nubes, et caligo in circuítu ejus: * justitia et judíctum corréctio sedis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et inflammabit in circuítu inimicos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ: * vidit, et commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini: * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli justítiam ejus * et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adorant sculptúlia: * et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angéli ejus: * audívit, et lætáta est Sion.

Et exultavérunt filiæ Judæ, * propter judícia tua Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super emnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * et rectis corde lætitia.

Lætámini justi in Dómino: * et confítēmini memoriæ sanctificationis ejus.

Aña. Nisi vídeo in mánibus ejus fixúram clavórum, et mittam dígítum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam.

Aña. Infer dígítum tuum hue, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum.

Psalmus 97.

CANTATE Dómino cáanticum novum: * quia mirabília fecit.

Salvávit sibi dexterá ejus, * et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum: * in conspéctu Géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiae suæ, * et veritatis suæ dómui Israel.

Vidérunt omnes términi terræ: * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo omnis terra: * cantáte, et exultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi: * in tubis ductilibus, et voce tubæ cónuae.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini: * moveátur mare, et plenitúdo ejus: orbis terrarum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt a conspéctu Dómini: * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit órbem terrárum in justitia, * et pópulos in æquitáte.

Aña. Infer dígitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum.

V. Disciplina pacis nostræ super eum.

B. Et livore ejus sanati sumus.

Léctio Sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio VII.

Cap. 19.

In illo tempore: Sciens Jesus, quia ómnia consummata sunt, ut consummarétur Scriptura, dixit: Sítio. Et reliqua.

Homilia S. Augustíni Episcopi.

Tract. 120. in Joannem.

UNUS militum Láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret: latus ejus percússit, aut vulnerávit, aut quid áliud; sed, apéruit; ut illic quodámmodo vi-
tae óstium panderétur, unde Sacramenta Ecclésiæ manavérunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intrátur. Ille sanguis, qui fusus est, in remissiónem fusus est

peccatórum. Aqua illa salutare témporal póculum; haec et lavácrum præstat, et potum. Hoc prænuntiábat, quod Noe in latere arcæ óstium fáceré jussus est, qua intrárent animália, quæ non erant dilúvio peritúra, quibus præfigurabátur Ecclésia.

R. Facta sunt haec, ut Scriptura impletur: Os non comminuétis ex eo. Et ítem alia Scriptura dicit: * Vidébunt in quem transfixérunt.

V. Effundam super domum David, et super habitatores Jerúsalem spíritum grátiæ et precum. . . . Vidébunt. . . .

Lectio VIII.

PROPTER hoc prima muller facta est de latere viri dormientis, et appellata est vita, matérque vivórum. Magnum quippe significavit bonum, ante magnum prævaricatio-
nis malum. Et secundus Adam, inclinato cápite, in cruce dormivit, ut inde formaretur ei conjux, quæ de latere dormientis efflúxit. O mors, unde mórtui revivíscent! Quid isto sanguine mundius? Quid vñlnera isto salubrius? Facta sunt enim hæc, inquit, ut Scriptura impletur: Os non comminu-

tis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit:
Vidébunt in quem transfixérunt.

R. Effúndam super domum David, et
super habitatores Jerúsalem spíritum grá-
tiæ et precum, * Et aspícient ad me, quem
confixérunt.

V. Et plangent eum planctu, quasi su-
per unigénitum. Et aspícient. Glória. Et.

Lectio IX. de Homilia Feriæ.

AD LAUDES

et per Horas.

Aña. 1. Unus mítium láncea latus ejus
apéruit, et contínuo exivit sanguis et aqua.

Psalm. Dóminus regnavit.

Aña. 2. Fodérunt manus meas et pedes
meos, dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Aña. 3. Tres sunt, qui testimónium dant
in terra; spíritus, aqua, et sanguis: et hi tres
unum sunt.

Aña. 4. Quid turbáti estis, et cogitatió-
nes ascéndunt in corda vestra? Vidéte ma-
nus meas, et pedes meos, quia ego ipse sum.

Aña. 5. Infer dígitum tuum huc, et vide
manus meas, et affer manum tuam, et mitte
in latus meum.

Capitulum.

1. *Joan 5.*

CHARÍSIMI: Quis est qui vincit mundum,
nisi qui credit quóniam Jesus est filius Dei?
Hic est qui venit per aquam et sanguinem,
Jesus Christus, non in aqua solum, sed in
aqua et sanguine.

HYMNUS.

TINCTAM ergo Christi sanguine
Convértite in me cúsipidem,
Ferite cor, pedes, manus,
Poenam a nocénte súmitate.
At, quæso, culpis débitas
Quas jure plagas fígitis,
Cruore divíno illítæ
Fiant medéla spíritus.

Sit gressus ad malum ímpotens,
Manus nocére désinant,
Omnísque corde e sáucio
Profánus ardor éxeat.
Clavis foráto et Láncea,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, et almo Spíritu,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

V. Fodérunt manus meas et pedes meos.
R. Dinumeravérunt ómnia ossa mea.

AD BENEDICTUS.

Aña. Inglórius erit inter viros aspéctus ejus, et forma ejus inter filios hóminum. Is-te aspéget gentes multas.

ORATIO.

DEUS, qui in assúmptæ carnis infirmitáte Clavis affligi et Láncea vulnerári pro mundi salúte voluísti: concéde propítius; ut qui eo-rámdem Clavórum et Lánceæ solémnia ve-nérámur in terris, de glorióso victóriæ tuæ triúmpho gratulémur in cœlis. Qui vivis.

AD PRIMAM.

In R. brevi. dicit. V. Qui vulnerátus es pro nobis.

AD TERTIAM.

Aña. Fodérunt.

Capitulum. Charíssimi, ut supra.

R. Fodérunt manus meas * Et pedes

meos. Fodérunt. V. Dinumeravérunt ómnia ossa mea. Et pedes. Glória Patri. Fodérunt.

V. Quem tu percussísti, persecúti sunt.

R. Et super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

AD SEXTAM.

Aña. Tres sunt.

Capitulum.

1. Petri 2.

FATRES: Christus passus est pro nobis, vo-bis reInquens exéplum, ut sequámini ves-tígia ejus. Qui peccátum non fecit, nec in-véntus est dolus in ore ejus.

R. Quem tu percussísti, * Persecúti sunt. Quem.

V. Et super dolórem vúlnerum meórum addidérunt. * Persecúti. Glória..... Quem....

V. Ipse vulnerátus est propter iniqui-tates nostras.

R. Attritus est propter scélera nostra.

AD NONAM.

Aña. Infer dígitum.

*Capitulum.**1. Petri 2.*

Qui peccáta nostra ipse pétulit in cōpore suo super lignum, ut peccátis mórtui, justitiae vivámus, cujus lívore sanáti estis.

R. Ipse vulnerátus est, * Propter iniqüitátes nostras. Ipse.... V. Attritus est propter scélera nostra. Propter.... Glória Patri.... Ipse.

V. Disciplína pacis nostræ super eum.

R. Cujus lívore sanáti sumus.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in 1. præter ultimum Psdm. cujus loco erit Crédidi, ut in folio 29.

AD MAGNÍFICAT.

Aña. Veré languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit; et nos pítávimus eum quasi leprósum, et percussus a Deo et humiliátum.

DIRECCIÓN GENERAL DE

FERIA SEXTA

POST DOMINICAM II. QUADRAGESIMÆ.

DE SACRATISSIMA SINDONE D. N. J. C.

DUPLEX MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Anæ. et Capit. de Laudib. Psalmi de Dominica et loco ultimi Psalm. Laudate Dóminum omnes gentes.

HYMNUS.

G LÓRIAM sacræ celebrémus omnes
Sídonis; laetis recolámus hymnis,
Et piis votis monuménta nostræ
Certa salútis.

Quæ refert semper veneránda Sindon,
Sanguine impréssis décorata signis,
Dum Cruce ex alta tulit involútum
Corpus Jésu.
Réddit hæc sævos ánimo dolóres,

*Capitulum.**1. Petri 2.*

Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiae vivamus, cuius livore sanati estis.

R. Ipse vulneratus est, * Propter iniuitates nostras. Ipse.... V. Attritus est propter sclera nostra. Propter.... Gloria Patri.... Ipse.

V. Disciplina pacis nostrae super eum.

R. Cujus livore sanati sumus.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in 1. praeter ultimum Psdm. cuius loco erit Crédidi, ut in folio 29.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Veré languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit; et nos pitavimus eum quasi leprorum, et percussus a Deo et humiliatus.

DIRECCIÓN GENERAL DE

FERIA SEXTA

POST DOMINICAM II. QUADRAGESIMÆ.

DE SACRATISSIMA SINDONE D. N. J. C.

DUPLEX MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Anæ. et Capit. de Laudib. Psalmi de Dominica et loco ultimi Psalm. Laudate Dominum omnes gentes.

HYMNUS.

Gloriam sacrae celebrémus omnes
Sindonis; letis recolámus hymnis,
Et piis votis monuménta nostræ
Certa salutis.

Quæ refert semper veneranda Sindon,
Sanguine impræssis decorata signis,
Dum Cruce ex alta tulit involútum
Corpus Jésu.
Réddit hæc sævos ánimo dolores,

Quos tulit, casum miseratus Adæ,
Christus humáni géneris Redémptor
Morte perémpta.

Sáucium ferro latus, atque palmas,
Et pedes clavis, laceráta flagris
Membra, et infixam cápti corónam
Monstrat Imágó.

Quis pius siccis óculis, et absque
Intimi cordis gémitu, notátá
Víaque indignæ simuláera mortis
Cérnere possit?

Nostra cum solum tibi, Christe, culpa
Causa tantórum fuérit malórum,
Nostra debétur tibi vita; vitam
Dédimus ipsam.

Sit tibi, Fíli, decus atque virtus,
Qui tuo mundum rédimis crúore,
Quique cum summo Genítore, et almo
Flámine regnas. Amen.

V. Tuam Síndonem venerámur, Dómíne.

R. Tuam recólimus passióinem.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Joseph, vir bonus et justus, accés-
sit ad Pilátum et petit corpus Jesu; quo
accépto, invólvit illud in Síndone munda.

Oratio ut ad Laudes.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Dóminum, qui
Passiónis suæ memóriam in sacra Síndone
rénovat: * Veníte adorémus.

Psalm. Veníte exultémus.

HYMNUS.

MYSTÉRIUM mirábile

Hac luce nobis pánditur,
Verus Dei cum Fílius
Mortem crúentam sústinet.
Causam tuéndo sérvuli,
Reíque formam véstiens,
Pro servo herus suspénditur,
Pro sonre justus pléctitur.

Necis manent insígnia

Impréssa sacra in Síndone,
Quæ post triúmphum nóbilem
Corpus crúentum invólverat.

Sunt mortis hæc, et tártari,
Mundíque victi insígnia,
Trophæa sunt hæc inclyta
Ductóris invictíssimi.

Debémus ergo hanc grátiam
Nostræ sulútis víndici;

Ut dæmonis contra dolos
Hac militémus téssera.

Vitæ vetústæ mórtui,
Surgámus in vitam novam,
Christum secúti per crucem,
Christi fruémur glória.

Præsta, Pater piissime,
Patrique compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne sæculum. Amen.

In primo Nocturno.

Aña. Rubrum est induméntum tuum, et
vestiménta tua sicut calcántium in torculári.

Psalm. 4. Cum invocárem *ut in folio 65.*

Aña. Aspérsum est sanguis super vesti-
ménta mea, ómnia induménta mea inqui-
návi.

Psalmus 15.

CONSÉRVA me, Dómine, quóniam sperávi
in te. * Dixi Dómino: Deus meus es tu,
quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra ejus, * mirificá-
vit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum: *
póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícola eórum de
sanguínibus: * nec memor ero nóminum eó-
rum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditatis meæ, et cálicis
mei: * tu es qui restítues hæreditátem meam
mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: * éte-
nim hæreditas mea præclára est mihi.

Benedíciam Dóminum, qui tríbuit mihi in-
telléctum: * ínsuper et usque ad noctem in-
crepúerunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo
semper: * quóniam a dextris est mihi, ne
commóvear.

Propter hoe lætátum est cor meum, et
exultávit lingua mea: * ínsuper et caro mea
requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam
in inférno: * nec dabis Sanctum tuum vidé-
re corruptionem.

Notas mihi fecísti vias vitæ adimplébis
me lætitia cum vultu tuo: * delectatiónes
in déxtera tua usque in finem.

Aña. Aspérsum est sanguis super vesti-
ménta mea ómnia induménta mea inquinávi.

Aña. Divisérunt sibi vestiménta mea,
et super vestem meam misérunt sortem.

Psalm. 14. Dómine, quis habitabit *ut in folio 76.*

V. Tuam Síndonem venerámur, Dómine.
R. Tuam recólimus Passiónem.

De Isaía Prophéta.

Lectio I. MMAM
VERITATIS

Cap. 53.

Quis crédidit audíti nostro? et bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascéndet si-
cuit virgúltum coram eo, et sicut radix de
terra sitiénti. Non est spécies ei, neque
decor: et vídimus eum, et non erat aspéctus,
et desiderávimus eum: Despécum et novís-
simum virórum, virum dolórum, et sciéntem
infirmitátem: et quasi abscónditus vul-
tus ejus et despécus, unde nec reputávi-
mus eum. Vere languóres nostros ipse tulit,
et dolóres nostros ipse portávit: et nos
putávimus eum quasi leprósum, et percús-
sum a Deo, et humiliátum. Ipse autem vul-
nerátus est propter iniquítátes nostras, at-
tritus est propter scélera nostra: disciplina
pacis nostræ super eum, et livore ejus sa-
nati sumus.

R. Ecce vídimus eum non habéntem spé-
ciem neque decórem; aspéctus in eo non est.

Hic peccáta nostra portávit, et pro nobis
dolet: ipse autem vulnerátus est propter
iniquítátes nostras: * Cujus livore sanáti
sumus.

V. Veré languóres nostros ipse tulit, et
dolóres nostros ipse portávit: * Cujus . . .

Lectio II.

OMNES nos quasi oves errávimus, unusquis-
que in viam suam declinávit, et posuit Dó-
minus in eo iniquítátem ómniam nóstrum.
Oblátus est, quia ipse voluit, et non apér-
ruit os suum: sicut ovis ad occisióne du-
cétur, et quasi agnus cáraram tondénte se ob-
mutáscet, et non apériet os suum. De an-
gústia et de judicio sublátus est: generatió-
nen ejus quis enarrábit? Quia abscíssus est
de terra vivéntium: propter scelus populi
mei percússi eum. Et dabit ímpios pro
sepultúra, et dívitem pro morti sua; eo quod
iniquítátem non fécerit, neque dolus fuérít
in ore ejus.

R. Quid sunt plagæ istæ in médio má-
nuum tuárum? Et dicet: His plagátus sum
in domo eórum, qui diligébant me.

V. Frámea suscitáre super pastórem
meum, et super virum cohæréntem mihi.*
Et dicet....

Lectio III.

ET Dóminus voluit contérere eum in infirmitáte: si posuérit pro peccáto ánimam suam, vidébit semen longævum, et volúntas Dómini in manu ejus dirigétur. Pro eo quod laborávit ánima ejus, vidébit, et saturábitur: in scíentia sua justificábit ipse justus servus meus multos, et iniquitátes eórum ipse portábit. Ideo dispértiam ei plúrimus, et fórtium dívidet spólia, pro eo quod trádidit in mórtem ánimam suam: et cum scelerátis reputá-
tus est, et ipse peccáta multórum tulit, et pro transgressóribus rogávit.

R. Tuam Síndonem venerámur, Dómi-
ne, tuam gloriósam recólimus passiónem: *
Miseré nobis, qui passus es pro nobis.

V. Salva præséntem catérvam in tuis
hódie láudibus congregátam. * Miseré.....
Glória Patri.... Miseré....

In secundo Nocturno.

Aña. Quasi absconditus vultus ejus, et
despéctus: unde nec reputávimus eum.

Psalmus 23.

DÓMINI est terra, et plenitúdo ejus; * orbis
terrárum et univérsi, qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum: * et
super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut
quis stábit in loco sancto ejus?

Innocens máníbus, et mundo corde, * qui
non accépit in vano ánimam suam, nec ju-
rábit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiōnem á Dómino, *
et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generatiō quæréntium eum, *
quæréntium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, et ele-
vámini portæ æternáles: * et intróibit rex
glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus for-
tis et potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas, príncipes vestras, et ele-
vámini portæ æternáles: * et introbít rex
glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ? * Dóminus vir-
tutem ipse est rex glóriæ.

Aña. Quasi absconditus vultus ejus, et
despéctus: unde nec reputávimus eum.

Aña. Omnes vidéntes me derisérunt me;
locúti sunt lábiis, et movérunt caput.

Psalmus 26.

Dóminus illuminatio mea, et salus mea, *
quem timébo?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidábo?

Dum apprópiant super me nocéntes, * ut
edant carnes meas.

Qui tríbulant me imíci mei, * ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.

Si consistant advérsum me castra, * non
timébit cor meum.

Si exúrgat advérsum me prælium, * in
hoc ego sperábo.

Unam petii a Dómino, hanc requíram, *
ut inhábitem in domo Dómini, ómnibus dié-
bus vitæ meæ.

Ut vídeam voluptátem Dómini, * et visí-
tem templum ejus.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo
suo: * in die malórū protéxit me in abs-
cóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me * et nunc exaltávit
caput meum super inimícos meos.

Circuívi, et immolávi in tabernáculo ejus
hóstiam vociferatiónis: * cantábo, et psal-
mum dicam Dómino.

Exáudi, Dómine, vocem meam qua clamá-
vi ad te: * miserére mei, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies
mea: * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me: * ne declí-
nes in ira a servo tuo.

Adjútor meus esto: * ne derelinquas me,
neque despícias me, Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, et mater mea derelin-
querunt me: * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua: *
et dírige me in sémitam rectam propter inimí-
cos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium
me: * quóniam insurrexérunt in me testes
iníqui, et meufita est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini, * in terra vi-
véntium.

Expécta Dóminum, viriliter age: * et con-
fórtetur cor tuum, et sústine Dóminum.

Aña. Omnes vidéntes me derisérunt me;
locúti sunt lábiis, et movérunt caput.

Aña. Trádidit in mortem ánimag suam,
et ipse peccáta multórū tulit.

Psalmus 29.

EXALTÁBO te, Dómine, quóniam suscepísti me: * nec delectásti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te, * et sanásti me.

Dómine eduxísti ab inférno ánimam meam: * salvásti me a descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino sancti ejus: * et confitémini memoriæ sanctitatis ejus.

Quóniam ira in indignatione ejus, * et vi-ta in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus, * et ad matutínium lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea: * Non móvebor in ætérnum.

Dómini in voluntáte tua, * præstítisti dé-córi meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam a me: * et factus sum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamábo, * et ad Deum meum deprecábor.

Quæ útilitas in sanguine meo, * dum des-céndo in corruptionem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, et misértus est mihi: * Dóminus factus est adjútor meus.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi: * conscidísti saccum meum, et circum-dedísti me lætítia.

Ut cantet tibi glória mea, et non compúngar: * Dómine Deus meus in ætérnum confitébor tibi.

Aña. Trádidit in mortem ánimam suam, et ipse peccáta multórum tulit.

V. Adorámus te, Christe, et benedíci-mus tibi.

R. Quia per crucem tuam redimísti mun-dum.

Sermo Sancti Ambrósii Epíscopi.

Lectio. IV.

In Luc. c. 23.

Quid sibi vult, quod non Apóstoli, sed Joseph et Nicodémus, ut Joánnes dicit, Chris-tum sepéliunt? Unus justus et constans, al-ter qui erat magíster in Israel. Talis enim Christi est sepúltura, quæ justítiā magis-teriūmque hábeat. Obstrúitur ígitur tergi-versándi locus, et doméstico Judæi testimó-nio revincúntur. Nam si Apóstoli sepelíssent, dícerent útique non sepúltum, quem

raptum esse dixerunt. Justus autem Christi corpus operit Sídone, innocens ungit unguento. Namque haec non otiose distincta reperimus, quia justitia vestit Ecclésiam, innocentia gratiā subministrat.

R. O admirabilis Sindon, * In qua involutus est thesaurus noster, redemptio captivorum.

V. Gaudet totus mundus, qui redemptus est sanguine Domini sui. In.

Lectio V.

VESTI ergo et tu Domini corpus gloria sua, ut et ipse sis justus. Etsi mortuum credis, operi tamen divinitatis propriæ plenitudine. Unge illud myrrha, et aloë, ut bonus odor Christi sis. Bonum línteum misit Joseph ille vir justus, et fortasse illud, quod Petrus vidit e cœlo ad se esse demissum, in quo erant genera quadrupedum, et ferarum, et volucrum, ad similitudinem gentilium figurata. Mysticō igitur unguento illo pístico consepelitur Ecclésia, quae diversitatem populorum fidei suae communione sociavit.

R. Tulérunt tunicam Joseph fratres ejus, et in sanguine hædi, quem occiderant, tin-

xerunt, mittentes qui ferrent ad patrem, et dicserent: * Hanc invénimus, vide num túnica filii tui sit, an non?

V. Quam cum agnoscisset pater, ait: Túnica filii mei est, fera péssima devorávit eum. * Hanc invénimus . . .

Lectio VI.

HUNC Joseph justum Lucas dixit, Matthæus dívitem. Et mérito dives hoc loco dicitur, ubi corpus suscipit Christi; suscipiendo enim dívitem, nescivit fidei paupertatem. Divis est ergo, qui justus est. Justus igitur Sídone involvit: Israelita vero et divérsos miscet virtutum odores, et aloes mittit quasi libras centum, hoc est perfectæ fidei quantitatem. Et ligaverunt corpus Jesu, justa consuetudinem specialem Iudaeorum, non útique nodis perfidiæ, sed fidei ligaturis: et posuerunt in horto, cui frequenter Ecclésia comparatur, quæ diversorum habet poma meritórum, florésque virtutum.

R. Christus passus est pro nobis, vobis relinquent exéplum, ut sequamini vestigia ejus: * Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.

V. Qui cum malediceréatur, non maledicébat, cum paterétur, non comminabátur. * Qui peccátum . . . Glória . . . Qui.

In tertio Nocturno.

Aña. Caro mea requiéscet in spe, quia non dabis sanctum tuum vidére corruptiōnem.

Psalm. 53. Deus in nómīne, *ut in folio 46.*

Aña. Convertísti planetum meum in gáudium mihi: considísti saccum meum, et circumdedísti me létítia.

Psalmus 75.

Notus in Judæa Deus: * in Israel magnum nomen ejus.

Et factus est in pace locus ejus: * et habitatio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * scutum gládium, et bellum.

Illúminans tu mirabiliter a móntibus æternis: * turbáti sunt omnes insipiéntes corde.

Dormíerunt somnum suum: * et nihil invenérunt omnes viri divitiárum in máníbus suis.

Ab increpatiōne tua Deus Jacob, * dormitavérunt qui ascendérunt equos.

Tu terríbilis es, et quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.

De cœlo audítum fecísti judícium: * terra trémuit et quiévit.

Cum exúrgeret in judícium Deus, * ut salvos fáceret omnes mansuétos terræ.

Quóniam cogitatió hóminis confitébitur tibi: * et relíquiæ cogitatiónis diem festum agent tibi.

Ovéte, et réddite Dómino Deo vestro: * omnes qui in circuítu ejus affértis múnera.

Terríbili et ei qui aufert spíritum príncipum, * terríbili apud reges terræ.

Aña. Convertísti planetum meum in gáudium mihi: considísti saccum meum, et circumdedísti me létítia.

Aña. Factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber.

Psalm. 87. Dómine Deus salútis *ut in folio 21.*

V. Omnis terra adóret te et psallat tibi.

R. Psalmum dicat nómīni tuo, Dómine.

Léctio Sancti Evangélii secúndum Marcum.

*Lectio VII.**Cap. 15.*

IN illo tempore: Cum jam sero esset factum quia erat Parascéve, quod est ante sábbatum, venit Joseph ab Arimathæa nóbilis decúrio, qui et ipse erat expéctans regnum Dei. Et réliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

In fer. 3 Palmarum.

PARASCÉVE græce, latine præparatio dicitur, quo nómini Judæi, qui inter Græcos morabantur, sextam sábbati appellabant, eo quod in illo ea, quæ requiéti sábbati necessaria essent, præparare solerent; justa hoc quod de manna quondam præceptum est: Sexta autem die colligétis duplum. Quia ergo sexta die factus est homo, et tota est mundi creatura perfœcta, séptima autem Cónditor ab ópere suo requiévit, unde et hanc sábbatum, hoc est, réquiem vóluit appellari: recte Salvátor eadém sexta die crucifixus humánæ restauratiónis implévit aránum: ideóque cum accepísset acétum, díxit: Consummátum est, hoc est, sextæ diei,

quod pro mundi refectiōne suscépi, jam totum est opus expléatum. Sábbato autem in sepúlcro requiésiens, resurrectiōnis, quæ octava die ventúra erat, expectábat evéntum.

R. Mercátus est Joseph Sindonem mundam, ut invólveret in ea corpus Dómini. * Venit ergo, et tulit corpus ejus.

R. Rogávit Pilátum Joseph ab Arimatæa, ut tolleret corpus Jesu. * Venit ergo.

Lectio VIII.

VENIT, inquit, Joseph ab Arimathæa nóbilis decúrio, qui et ipse erat expéctans regnum Dei, et audácter intróivit ad Pilátum, et pétiiit corpus Jesu. Magnæ quidem Joseph iste dignitatis ad sæculum, sed majóris apud Deum mériti fuisse laudátur. Talem namque exístere decébat eum, qui corpus Dómini sepelíret, qui et per justitiā meritorum tali ministério dignus esset, et per nobilitatē potentiæ sæculáris facultatē posset obtinére ministrándi; non enim quilibet ignótus aut mediocris ad præsidem accédere et crucifixi corpus póterat impestrare.

R. Hæc est Sindon dignissima. * In qua

salútis auctor de cruce depósitus invólvi dignátus est.

¶. Ut nos consepúlti cum eo, véteris hóminis exúviis depósitis, innocéntiae Síndone tegerémur. * In qua.... Glória.... In....

Lectio IX. de Homilia Feriae.

AD LAUDES

et per Horas.

Aña. 1. Joseph nóbilis decúrio, vir bonus et justus, et ipse dives, erat expéctans regnum Dei.

Psalm. Dóminus regnávit.

Aña. 2. Hic audácter introívit ad Pilátum, et petiit corpus Jesu.

Aña. 3. Cum cognovísset Pilátus a Centurióne quod jam mórtuus esset, donávit corpus Jesu.

Aña. 4. Joseph autem mercátus Síndonem, et depónens eum, invólvit Síndone.

Aña. 5. Pósuit eum in monuménto, in quo nondum quisquam pósitus fúerat.

Capitulum.

Isaiae 63.

QUIS est iste, qui venit de Edom, tinctis

véstibus de Bosra? Iste formósus in stola sua, grádiens in multitúdine fortitúdinis suæ. Ego qui loquor justíiam, et propugnátor sum ad salvándum.

HYMNUS.

JESU, dnleis amor meus,
Ac si præsens sis, accédo,
Te compléctor cum afféctu
Tuórum memor vúlnerum.

O quam nudum hic te cerno,
Vulnerátum et disténtum,
Inquinátum, involútum,
In hoc sacrató tégmme!

Salve caput cruentátum
Spinis, cujus dulcis vultus
Immutávit suum florem,
Quem cœli tremit cúria.

Salve latus Salvatóris,
Salve mitis apertúra,
Super rosam rubicúnda,
Medéla salutífera.

Manus sanctæ, vos avéte,
Diris clavis perforátæ;
Ne repéllas me, Salvátor,
De tuis sanctis pédibus. Amen.

V. Dóminus regnávit decorem induit.
R. Induit Dóminus fortitúdinem, et prä-
cinxit se virtute.

AD BENEDICTUS.

Aña. Joseph nóbilis decúrio, expéctans
et ipse regnum Dei, mercátus est Síndonem,
et depónens corpus Jesu, invólvit illud in
Síndone.

ORATIO.

DEUS, qui nobis in sancta Sídone, qua
corpus tuum sacratíssimum é cruce depósi-
tum a Joseph involútum fuit, passiónis tuæ
vestígia reliquisti: concéde propítius; ut per
mortem et sepultúram tuam, ad resurrec-
tionis glóriam perducámur. Qui vivis et
regnas, etc.

AD TERTIAM.

Aña. Hic audácter.

Capitulum. Quis est iste.

R. Tuam Síndonem: * Venerámur, Dó-
mine. Tuam.... V. Tuam recólimus Pas-
siónem. * Venerámur.... Glória.... Tuam....

V. Adorámus te, Christe, et benedíci-
mus tibi.

R. Quia per mortem tuam redimísti
mundum.

AD SEXTAM.

Aña. Cum cognovísset.

Capitulum.

Isaiæ 63.

QUARE ergo rubrum est induméntum tuum,
et vestiménta tua sicut calcántium in tore-
lári? Torcúlar calcávi solus, et de géntibus
non est vir mecum.

R. Adorémus te, Christe, * Et benedí-
cimus tibi. Adorámus.... V. Quia per mor-
tem tuam redimísti mundum. * Et bene-
dícimus.... Glória.... Adorámus....

V. Omnis terra adoret te, et psallat tibi.

R. Psalmum dicat nómini tuo, Dómine.

AD NONAM.

Aña. Pósuit eum.

Capitulum.

Isaiæ 53.

CIRCUMSPÉXI, et non erat auxiliátor; quæsi-
ví, et non fuit qui adjuváret, et salvávit mi-

hi bráchium meum, et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

R. Omnis terra adóret te: * Et psallat tibi. Omnis.... V. Psalmum dicat nōmini tuo Dómine. * Et psallat.... Glória.... Omnis....

V. Dóminus regnávit, decórem índuit.

R. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtute.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in primis præter ultimum Psalm. cuius loco erit: Voce mea ad Dóminum, ut in folio 8.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Homo quidam dives ab Arimathæa, nōmine Joseph, accépto cōrpore Jesu, invólvit illud in Síndone munda.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

FERIA SEXTA

POST DOMINICAM III. QUADRAGESIMÆ.

DE SS. QUINTUERIBUS D. N. J. C.

DUPLEX MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Anæ. et Capit. de Laudibus Psalm. Crédi- di cum reliquis ut in officio de Passióne, ut in folio 30.

HYMNUS.

PANGE, lingua, gloriösi,
Láuream certáminis,
Et super crucis tróphæo
Dic triumphum nobilem:
Quáliter Redémptor orbis
Immolatus vicerit.

De paréntis protoplásti
Fráude Factor cóndolens,
Quando pomi noxiális

hi bráchium meum, et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

R. Omnis terra adóret te: * Et psallat tibi. Omnis.... V. Psalmum dicat nōmini tuo Dómine. * Et psallat.... Glória.... Omnis....

V. Dóminus regnávit, decórem índuit.

R. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtute.

IN II VESPERIS.

Omnia ut in primis præter ultimum Psalm. cuius loco erit: Voce mea ad Dóminum, ut in folio 8.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Homo quidam dives ab Arimathæa, nōmine Joseph, accépto cōrpore Jesu, invólvit illud in Síndone munda.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

FERIA SEXTA

POST DOMINICAM III. QUADRAGESIMÆ.

DE SS. QUINTUERIBUS D. N. J. C.

DUPLEX MAJUS.

IN I. VESPERIS.

Anæ. et Capit. de Laudibus Psalm. Crédi- di cum reliquis ut in officio de Passióne, ut in folio 30.

HYMNUS.

PANGE, lingua, gloriösi,
Láuream certáminis,
Et super crucis tróphæo
Dic triumphum nobilem:
Quáliter Redémptor orbis
Immolatus vicerit.

De paréntis protoplásti
Fráude Factor cóndolens,
Quando pomi noxiális

In necem morsu ruit:
 Ipse línum tunc notávit,
 Damna líni ut sólveret.
 Hoc opus nostrae salútis
 Ordo depopóserat:
 Multiformis proditór
 Ars ut artem fálleret:
 Et medélam ferret inde,
 Hostis unde læserat.
 Quando venit ergo sacri
 Plenitúdo témoris,
 Missus est ab arce Patris
 Natus, orbis Cónditor;
 Atque ventre virgináli
 Carne amictus pródiit.
 Vagit infans inter arcta
 Cónditus præsépia:
 Membra pannis involúta
 Virgo Mater alligat;
 Et Dei manus, pedésque
 Stricta cingit fásca.
 Sempitérna sit beatæ
 Trinitati glória,
 Æqua Patri, Filióque,
 Par decus Paráclito:
 Unius, Triníque nomen
 Láudet univérsitas. Amen.

V. Vidébunt in quem transfixérunt.
 R. Et dolébunt super eum, ut in morte
 primogéniti.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Dum in cruce pendéret unigénitus
 Dei Filius, et ab ómnibus subsannarétur,
 Mater ejus Virgo Maria, ipsum verum Deum
 et hóminem cónsolens venerabátur.

Oratio ut ad Laudes.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum in cruce con-
 fixum, quinque plagiis vulnerátum, * Veni-
 té, adorémus.

Psalm. Venite, exultémus.

Hymn. Pange, língua, *ut supra.*

In primo Nocturno.

Aña. ¿Quis est iste, qui venit de Edom,
 tinctis véstibus de Bosra?

Psalm. 10. In Dómino confido, *ut in fo-*
lio 71.

Aña. Quare rubrum est induméntum

tuum, et vestiménta tua sicut calcántium in
torcúlari?

Psalm. 14. Dómine, quis habitábit inta-
bernáculo tuo? *ut in folio 76.*

Aña. Toreúlar calcávi solus, et de gér-
tibus non fuit vir mecum.

Psalm. 23. Dómini est terra, *ut in fo-
lio 115.*

V. Fodérunt manus meas, et pedes meos.

R. Dinumeravérunt omnia ossa mea.

De Isaía Prophéta.

Lectio I.

Cap. 53.

Quis crédidit audíti nostro? et bráchium
Dómini cui revelátum est? Et ascéndet sicut
virgúltum coram eo, et sicut radix de terra
sítienti. Non est spécies ei, neque decor, et
vídimus eum, et non erat aspéctus, et desi-
derávimus eum, despéctum, et novíssimum
virórum, virum dolórum, et sciéntem infir-
mitátem, et quasi abscónditus vultus ejus et
despéctus: unde nec reputávimus eum. Ve-
re languóres nostros ipse tulit, et dolóres
nostros ipse portávit: et nos putávimus
eum quasi leprósūm, et pereússum a Deo,

et humiliátum. Ipse autem vulnerátus est
propter iniquítátes nostras, attritus est pro-
pter scélera nostra: disciplína pacis nostræ su-
per eum, et livóre ejus sanáti sumus.

R. Gratificábit nos Deus in dilécto Filio
suo: * In quo habémus redemptiórem per
Ságuinem ejus in remissiónem peccatórum.

V. Ecce venit plenitúdo témporis, in
quo misit Deus Fílium suum in terra. In quo,

Lectio II.

OMNES nos quasi oves errávimus, unusquís-
que in viam suam declinávit; et posuit Dó-
minus in eo iniquítátem ómnium nostrum.
Oblátus est quia ipse voluit, et non apéruit
os suum: sicut ovis ad occisiónem ducétur,
et quasi agnus coram tondénte se obmutés-
cet, et non apériet os suum. De angústia et
de judicio sublátus est: generatiórem ejus
quis enarrábit? Quia abscíssus est de terra
vivéntium, propter scélus populi mei per-
cússi eum. Et dabit ímpios pro sepúltura,
et dívitem pro morte sua: eo quod iniquítá-
tem non fécerit, neque dolus fuérit in ore
ejus. Et Dóminus voluit contérere eum in
infirmitáte.

R. Nos, qui aliquando eramus longe, facti sumus prope per sanguinem Jesu Christi. * Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.

V. A Dómino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris. Ipse est pax....

Lectio III.

Cap. 63.

Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitidine fortitudinis suae. Ego qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum: calcavi eos in furore meo, et conculeavi eos in ira mea, et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinavi. Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptiois meae venit; circumspexi, et non erat auxiliator; quæsivi, et non fuit qui adjuvaret.

R. In primogenito ex mortuis complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum: * Pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in celis, sive quæ in terris sunt.

V. Ipse est caput corporis Ecclesiæ, in omnibus primatum tenens.... Pacificans. Gloria Patri. Pacificans.

In secundo Nocturno.

Aña. Fodérunt manus meas et pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea.

Psalm. 21. Deus, Deus meus, *ut in folio 38.*

Aña. A planta pedis usque ad vérticem capitum non est in eo sánitas.

Psalmus 65.

JUBILATE Deo, omnis terra, psalmum dicite nomini ejus: * date gloriam laudi ejus.

Dicite Deo: quam terribilia sunt opera tua Dómine! * in multitidine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, et psallat tibi: * psalmum dicat nomini tuo.

Venite, et videte opera Dei: * terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui convértit mare in áridam, in flumine pertransibunt pede: * ibi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in æternum,

óculi ejus super gentes respíciunt: * qui exáspérand, non exalténtur in semetípsis.

Benedícite gentes Deum nostrum: * et audítam fáscite vocem láudis ejus.

Qui pósuit ániam meam ad vitam: * et non dedit in commotióne pedes meos.

Quóniam probásti nos, Deus: * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro: * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem et aquam: * et eduxísti nos in refrigérium.

Intróibo in domum tuam in holocáustis: * reddam tibi vota mea, quæ distinxérunt labia mea.

Et locútum est os meum, * in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta offeram tibi cum incénsu ariétum: * offeram tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, et narrábo, omnes qui tímétis Deum, * quanta fecit ánime meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, * et exaltávi sub língua mea.

Iniquitaté si aspexi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * et atténdit voci deprecationis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit orationem meam, et misericórdiam suam a me.

Aña. A planta pedis usque ad vérticem cápit, non est in eo sánitas.

Aña. Vulnus et livor, et plaga tumens non est circumligáta, nec curáta medicámine, neque fota óleo.

Psalm. 75. Notus in Judæa, *ut in folio 122.*

V. Vere languóres nostros ipse tulit.

R. Et dolóres nostros ipse portávit.

De sermone San Bernardi Abbatis.

Lectio IV.

Lib. de Pass. Dómini, c. 41.

CAPTUS ergo Jesus post plúrimas illusioñes tam Júdæorum quam géntium, post sanguinis plures effusioñes, clavis immítibus mánibus, simul et pédiis perforátur, et configúrtur ligno Crucis Salvátor noster mitíssimus Jesus. Intuére, et respice rosam passiónis sanguíneæ, quómodo rubet in indíciuim ardentíssimæ charitatis. Conténdunt passio-

et cháritas: ista ut plus árdeat, illa ut plus ríbeat.

R. Per mortem destrúxit Jesus eum, qui mortis habébat impérium: * Ut liberáret eos, qui timóre mortis obnóxii erant servitúti.

V. Unde débuit per ómnia frátribus assimilári, ut miserícors fíeret. Ut liberáret....

Lectio V.

V IDE quómodo hoc flore rosæ floruerit óptima vísis nostra rubicúndus Jesus. Vide totū corpus, sícubi rosæ sanguíneæ florem non invénias. Inspice manum unam et álteram, si florem rosæ non invénias in utrāque. Inspice pedem unum et álterum, numquid non rósei? Inspice láteris apertúram, quia nee illa caret rosa, quamvis ipsa subrúbea sit, propter mixtúram aquæ, quia, sicut narrat Evangelista, cum unus mítium lancea latus ejus perforáisset, exívit sanguis et aqua.

R. Per hóminem mors, et per hóminem resurréctio mortuórum: * Et sicut in Adam omnes peccavérunt, ita in Christo omnes vivificabúntur.

V. Novíssime autem inimíca destruéatur mors. Et sicut....

Ex Eodem divo Bernardo.

Lectio VI.

Serm. de Passióne Dómini.

RÉSPICE, Dómine sancte Pater, de sanctuário tuo, et de excélsō cœlōrum habitáculo: et intuére hanc sacrosánctam hóstiam, quam tibi offert magnus Póntifex noster, sanctus puer tuus Dóminus Jesus, pro peccátis fratrū suórum, et esto placabilis super multitudine malítiae nostræ. Cognósce, Pater, túnicam filii tui Joseph. Heu! fera péssima devorávit eum, et conculcávit in furóre suo vestiméntum ejus. Ecce quinque scissúras lamentábiles in eo reliquit.

R. Vidémus Jesum propter passióinem mortis, glória et honore coronátum, * Ut pro ómnibus gustáret mortem.

V. Decébat eum, qui multos filios in gloriā addúixerat, auctórem salutis eórum per passióinem consummári. * Ut pro ómnibus..... Glória Patri..... Ut pro ómnibus.....

In tertio Nocturno.

Aña. Quid sunt plagæ istæ in medio
mánuum tuárum?

Psalm. 95. Cantáte Dómino, ut in fo-
lio 96.

Aña. His plagátus sum in domo eórum,
qui me diligébant,

Psalm. 96. Dóminus regnávit ut in fo-
lio 97.

Aña. In amaritúdine sermo meus est, et
manus plagæ meæ aggraváta est super gé-
mitum meum.

Psalm. 97. Cantáte Dómino ut in fo-
lio 99.

V. Ipse vulnerátus est propter iniquítá-
tes nostras.

B. Attritus est propter scélera nostra.

Léctio Sancti Evangélii secúndum Joánnem.

*Lectio VII.**Cap. 19.*

In illo témpore: Sciens Jesus, quia ómnia
consummáta sunt, ut consummarétur Scrip-
tura, dixit: Sitio Et réliqua.

Homilía S. Cyrílli Epíscopi Alexandríni.

Lib. 12. Comm. in Joan.

Cum ab immánibus Judæis omnis in Chris-
tum expléta esset impietas, nec quidquam
jam ad summam crudelitatem réliquum es-
set, ad extrémum caro Christi sanctissima
proprium quiddam, ac naturale rursus pátitur.
Multis enim ac variis dolóribus exsic-
cata, siti torquéatur. Graves síquidem dolores
magnum ad sitim commovéndam vim
habent, naturáli quodam et inexplicabili ca-
lóre húmidum consuméntes, et igneis ardó-
ribus præcordia uréntes.

B. Manifestata est grátia Dei per illu-
minatióne Salvatóris nostri Jesu Christi, *
Qui destrúxit mortem, illuminávit autem
vitam in incorruptionem.

V. Liberávit, et vocávit nos vocatione
sua sancta per grátiam, quæ data est nobis
in Christo. Qui destrúxit

Lectio VIII.

CONSUMMÁTUM esse ait impietatis Judaicæ
modum, et impoténtem sæviéndi ánimum,
Quid enim Judæi intentátum reliquérint.

aut quid non extrémæ crudelitatis adhibuerunt? Quod supplicii aut contumeliæ genus prætermisérunt? Quámobrem jure: Consummatum est, ait: sed hora jam eum ad prædicandum spirítibus, qui apud íferos erant, invitánte (advénit enim, ut mortuorum ac vivórum dominaréatur) ipsam pro nobis mortem suscépit, commúnem hanc naturae nostræ passióne sustinuit in carne sua. Cum áutem Jesum caput inclinásse comperíssent, et jam eum expirásse putarent, frustra ejus crura confríngí exástimant; sed cum adhuc in órtuum esse nonnihil diffíderent, láncea latus ejus perfúdiunt, unde cruor aqua mixtus scatúriit, quod Eulógiæ mysticæ et sancti baptísma imágó quædam erat atque primítiae. Christi enim est vere et a Christo sanctum baptísma, et mysticæ Eulógiæ vis ex sancta ejus nobis carne pródiit.

R. Dignus es, Dómine, accípere librum, et aperíre signácula ejus, quóniam occíssus es, et redimísti nos Deo. * In sanguine tuo.

V. Fecísti enim nos Deo nostro regnum, et sacerdótes. In sanguine tuo. Glória Pátri. In sanguine tuo.

Lectio IX. de Homilia Feriae.

AD LAUDES

et per Horas.

Aña. Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit.

Psalm. Dóminus regnavit....

Aña. Ipse áutem vulnerátus est propter iniquitatés nostras, attritus est propter scélera nostra.

Aña. Alligávit Dóminus plagam populi sui, et percussúram ejus sanávit.

Aña. Omnis, qui transíbit, stupébit super omnes plagas ejus.

Aña. O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite et vidéte, si est dolor sicut dolor meus.

Capitulum. *Isaiae* 53.

CHRISTUS vulnerátus est propter iniquitatés nostras, attritus est propter scélera nostra, cuius livore sanati sumus.

HYMNUS.

*L*USTRA sex qui jam perégit,
Tempus ímpensis corporis,
Sponte líbera Redémptor

Passióni déditus,
Agnus in crucis levátur
Immolándus stípite.

Felle potus ecce lánguet;
Spina, clavi, láncea
Mitte corpus perforárunt:
Unda manat, et cruar:
Terra, pontus, astra, mundus,
Quo lavántur flúmine!

Crux fidélis inter omnes.
Arbor una nóbilis:
Silva talem nulla profert
Fronde, flore; gérmine:
Dulce ferrum, dulce líignum,
Dulce pondus sústinent.

Flecte ramos, arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit natívitás:
Et supérni membra Regis
Tende miti stípite.

Sola digna tu fuísti
Ferre mundi víctimam;
Atque portum præparáre
Arca mundo naufrago,
Quam sacer cruar pérúnxit,
Fusus Agni córpore.

Sempitérna sit beatæ
Trinitati glória;
Æqua Patrī, Filióque;
Par decus Paráclito:
Unius, Triníque nomen
Laudet univérsitas. Amen.

- V. Vidébunt in quem transfixérunt.
R. Et dolébunt super eum, ut in morte
primogéniti.

AD BENEDICTUS.

Aña. Unus mílitum láncea latus ejus apé-
ruit, et contínuo exívit sanguis et aqua.

ORATIO.

DEUS, qui unigéniti Fílli ñi passióne, et
per quinque vúlnera ejus sanguinis effusí-
ónē, humánam natúram, peccátō pérditam,
reparásti: tribue nobis, quæsumus; ut qui ab
eo suscépta vúlnera venerámur in terris,
ejusdem pretiosissimi sanguinis fructum cón-
sequi mereámur in cœlis. Per eúmdem. ®

AD TERTIAM.

Aña. Ipse autem.

Capitulum. Christus vulnerátus *ut supra.*

R. br. Fodérunt manus meas, * Et pe-
des meos. Fodérunt V. Dinumeravé-

runt omnia ossa mea. Et pedes.... Glória Patri.... Fodérunt.... ¶. O vos omnes, qui transítis per viam. R. Atténdite, et vidéte dolórem meum.

AD SEXTAM.

Aña. Alligávit Dóminus.

Capitulum.

Isaiæ 50.

FACIEM meam non avérti ab increpántibus, et conspuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliátor meus, et ideo non sum confúsus.

R. br. Veré languóres nostros * Ipse tulit. Veré.... ¶. Et dolóres nostros ipse portávit Ipse tulit.... Glória Patri.... Veré languóres..... ¶. Disciplína pacis nostræ super eum. R. Et livóre ejus sanáti sumus.

AD NONAM.

Aña. O vos omnes.

Capitulum.

Isaiæ 53.

TRÁDIDIT Christus in morte ánimam suam et cum scelerátis reputátus est; et ipse peccáta multórum tulit, et pro transgressóribus rogávit.

R. br. Ipse vulnerátus est * Propter iniquitátes nostras. I pse.... ¶. Attritus es

propter scélera nostra. Propter iniquitátes.... Glória Patri.... Ipse vulnerátus est.... ¶. Oblátus est quia ipse voluit. R. Et non apéruit os suum.

In secundis Vesp. omnia ut in primis.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Ego sum vestra redémpcio: manus meæ, quæ vos fecérunt, clavis confixæ sunt: propter vos flagéllis cæsus sum, spínis coronátus sum, aquam péttii pendens, et acé-tum porrexérunt; in escam meam fel dedérunt, et in latus lánceam: mórtuus et sepultus resurrexi: vobiscum sum, et vivo in ætérnum.

FERIA SEXTA.

POST DOMINICAM IV. QUADRAGESIMÆ.

DE PRETIOSISSIMO SANGUINE D. N. J. C.

DUPLEX MAJUS.

*Omnia ut in ejus festo Dominica prima
Julii.*

runt omnia ossa mea. Et pedes.... Glória Patri.... Fodérunt.... ¶. O vos omnes, qui transítis per viam. R. Atténdite, et vidéte dolórem meum.

AD SEXTAM.

Aña. Alligávit Dóminus.

Capitulum.

Isaiæ 50.

FACIEM meam non avérti ab increpántibus, et conspuéntibus in me. Dóminus Deus auxiliátor meus, et ideo non sum confúsus.

R. br. Veré languóres nostros * Ipse tulit. Veré.... ¶. Et dolóres nostros ipse portávit Ipse tulit.... Glória Patri.... Veré languóres..... ¶. Disciplína pacis nostræ super eum. R. Et livóre ejus sanáti sumus.

AD NONAM.

Aña. O vos omnes.

Capitulum.

Isaiæ 53.

TRÁDIDIT Christus in morte ánimam suam et cum scelerátis reputátus est; et ipse peccáta multórum tulit, et pro transgressóribus rogávit.

R. br. Ipse vulnerátus est * Propter iniquitátes nostras. I pse.... ¶. Attritus es

propter scélera nostra. Propter iniquitátes.... Glória Patri.... Ipse vulnerátus est.... ¶. Oblátus est quia ipse voluit. R. Et non apéruit os suum.

In secundis Vesp. omnia ut in primis.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Ego sum vestra redémpcio: manus meæ, quæ vos fecérunt, clavis confixæ sunt: propter vos flagéllis cæsus sum, spínis coronátus sum, aquam péttii pendens, et acé-tum porrexérunt; in escam meam fel dedérunt, et in latus lánceam: mórtuus et sepultus resurrexi: vobiscum sum, et vivo in ætérnum.

FERIA SEXTA.

POST DOMINICAM IV. QUADRAGESIMÆ.

DE PRETIOSISSIMO SANGUINE D. N. J. C.

DUPLEX MAJUS.

*Omnia ut in ejus festo Dominica prima
Julii.*

DIE XXVI. APRILIS


IN FESTO APPARITIONIS SACRAE IMAGINIS

BEATAE MARIE VIRGINIS.

DE BONO CONSILIO

NUNCUPATÆ.

DUPLEX MAJUS.



Omnia ut in festis B. M. V. præter sequentia.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA.

SANCTA Maria, sucúrre míseris, juva pusilliámines, réfove flébiles, ora pro populo, intérveni pro clero, intercéde pro devóto fémíneo sexu, séntiant omnes tuum juvámen, quicúmque célébrant tuæ sanctæ Imáginis apparitionem.

ORATIO.

BONORUM ómnium largítor Deus, qui Genitricis dilécti Filii tui speciósam Imáginem

151

mira Apparitione clarificáre voluisti: concéde, quæsumus; ut ejúsdem beatæ Mariæ Vírginis intercessióne ad cœlestem pátriam felíciter perducámur. Per eúmdem Dóminum.

AD MATUTINUM.

HYMNUS.

PLAUDE festivo, pia gens, honore,
Dum Genestáni veneráris ædem,
Qua Dei magnæ Genitricis alma
Splendet imago.

Hæc ubi mira spécie repente
Obtulit sese populis vidéndam,
Multa mox secum bona ferre nostras
Visa per oras.

Ipsa tunc ægris áderat, moléstos
Cóporis morbos animique pellens,
Longe et ærúmnas Látio imminentés
Ipsa fugábat.

Virgo, quæ magnis decorata signis,
Nunc quoque effulgès, míseris juvámen
Affer, et fusis pátiens cliéntum
Annue votis.

Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui super cæli sólio coruscans,
Tótius mundi sériem gubénerat
Trinus et unus. Amen.

In primo Nocturno.

De libro Proverbiorum.

Lectio I.

Cap. 2.

Si intráverit sapiéntia cor tuum, et sciéntia ánimæ tuæ placuérit, consílium custódiet te, et prudéntia servábit te, ut eruáris a via mala, et ab hómine, qui pervérsa lóquitur; qui relínquunt iter rectum, et ábulant per vias tenebrósas; qui lætántur cum male fécerint, et exultant in rebus péssimis, quórum viæ pervérsæ sunt, et infámes gressus eórum. R. Sancta et immaculata.

Lectio II.

Cap. 3.

FILI mi, ne éffluant hæc ab óculis tuis. Custodi legem atque consílium; et erit vita ánimæ tuæ, et grátia fáucibus tuis. Tunc ambulábis fiduciáliter in via tua, et pes tuus non impínget. Si dormíeris, non timébis; quiésces, et suávis erit somnus tuus. Ne páveas repentina terróre, et irruéntes tibi poténtias impiórum. Dóminus enim erit in lá-

tere tuo, et custódiet pedem tuum, ne capiáris. R. Congratulámini.

Lectio III.

Ego sapiéntia hábito in consílio et eruditís intérsum cogitationib⁹. Timor Dómini odit malum, arrogántiam, et supérbiam, et viam pravam, et os bilingue detést⁹. Meum est consílium, et æquitas, mea est prudéntia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, et legum conditores justa dicérunt. Per me príncipes imperant, et potentes decernunt justitiam. Ego diligéntes me dílico: et qui mane vigilant ad me, invénient me. R. Beata es.

In secundo Nocturno.

De Sermóne S. Augustíni Episcopi.

Lectio IV.

In Natali S. Joannis Baptistæ. ®

HÓMINEM concépit Elísabeth, hóminem María: sed Elísabeth solum hóminem, María Deum et hóminem. Mira res est, quómodo potúerit concípere creatúra Creatórem. Quid

est ergo intelligéndum, fratres mei, nisi quia ipse sibi fecit carnem de sola matre, qui fecit primum hóminem sine patre et matre? Primus ille noster casus fuit, quando foemina, per quam mórtui sumus, in corde concépit venéna serpéntis. Persuásit enim serpens peccatum, et admíssus est male suádens. Si primus noster casus fuit, cum fémina concépit corde venéna serpéntis; non mirándum, quod salus nostra facta est, cum foemina concépit in útero carnem Omnipoténtis. Utérque cecíderat sexus; utérque fúerat reparándus. Per muliérem in intérunt missi erámus; per muliérem nobis réddita est salus. R. Sicut cedrus.

De Sermóne S. Fulgéntii Episcopi.

Lectio V.

De laudibus Mariæ.

QUÓNIAM diabolus per serpéntem Evæ locútus, per Evæ aures mundo íntulit mortem, Deus per Angelum ad Mariam pér tulit verbum, et cunctis sæculis vitam effúdit. Angelus sermónem ejecit, et Christum Virgo concépit. Hoc splendóre concípitur Dei Fí-

lius: hac mundítia generátur. De cœlis Médius tránsiens per Virginem, post tránsitum suum illæsam fecit Vírginem permanére. Qui enim disrúpta córporum membra in áliis pótterat integrare tangéndo, quanto magis in sua Matre, quod invénit íntegrum, pótuit non violare nacéndo? Crevit enim ejus partu íntegritas córporis pótius, quam decrevit: et virginitas ampliáta est pótuis, quam fugáta. R. Quæ est ista.

Lectio VI.

MARIA quam præclaríssimis tribus bonis sublimétur, ausculta, salutatiōnis angélicæ benedictiōnis divinæ, et plenitúdinis grátiae. Sic enim eam lègitur salutásse: Ave Maria grátia plena, benedicta inter mulières. Et ut nihil non sublīme esset in hac sanctissima Vírgine, quam Angelus grátia plenam salutávit, non sine divino cōsilio factum est, ut ejus étiam imágines summo essent in honore, et prodigiis, miraculísque claréscent. Quas inter tribus abhinc sæculis ea præcipuo honore cōlitur, quæ, Paulo secúndo sedénte, mirabiliter apparíssisse in paríte Ecclésiæ Patrum Ordinis Eremitarum sancti Augustíni in oppido Genestáni Præ-

nestinæ diœcésis, ex pontificiis diplomátibus, et suppáribus monuméntis comprobátur. Quibus permótus Pius Papa sextus præfátis ejúsdem óppidi cœnobítis officium próprium concéssit séptimo Kaléndas Majas, ipso scilicet Apparitionis die recitandum; ac déinde illud die, quæ immediáte subséquitur, pro ejus recitatione in pósterum assignáta, ad universum prædictum Ordinem sub ritu díuplicis majoris exténdit. R. Ornatam monílibus.

In tertio Nocturno.

Léctio Sancti Evangélii secúndum Matthæum

Lectio VII.

Cap. 1.

LIBER generationis Jesu Christi filii David, fili Abraham. Abraham génuit Isaac. Isaac autem génuit Jacob. Et réliqua.

Homilia Sancti Thomæ Episcopi.

In Conc. 2. Nativit. B. M. V.

COGITANTI mihi, ac diu hæsitanti, quid causa sit, quod cum Evangelistæ de Joánne Baptista, et állis Apóstolis tam longum fere tractátum, de vírgine Maria, quæ vita

et dignitaté omnes antecédit, ita summátim percúrrant históriam: cur, inquam, non tráditum est memoriæ, quómodo concépta, quómodo nata, quómodo nutrita, quibus móribus decorata, quibus virtútibus ornáta, quid cum Filio in humánis égerit, quómodo cum illo conversáta sit, quómodo post ejus ascensióne cum apóstolis víxerit? Magna erant hæc, et memoratu digna, et quæ summa devotione a fidélibus legeréntur, a populis amplecteréntur. Quis enim dóbitat, quin in ejus nativitaté, et pueritia mira multa contigerint; et Puélla hæc in téneris annis stupéndum sæculis virtútum ómnium monuméntum extíterit? R. Felix namque es, sacra Virgo María, et ómni laude dignissima: * Quia ex te ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster. V. Ora pro populo, intérveni pro clero, intercéde pro devoto semíneo sexu: séutiant omnes tuam juvámen, quicunque célébrant tuæ sanctæ Imáginis apparitionem. Quia.

Lectio VIII.

Hæc mihi hæsitanti, cur de áctibus Virginis, sicut de áctibus Pauli, non est compósi-

tus liber, nihil aliquid occurrerit (accusare enim Evangelistas negligenter sicut impium, ita et temerarium iudico) quam ita placuisse Spiritui sancto; etsique providentia Evangelista siluisse, propterea quia Virginis gloria, sicut in Psalmis legitur, omnis intus erat et magis cogitari poterat, quam describi; sufficere ad eum plenam historiam, quia de illa natus est Jesus. Quid amplius queris? Quid ultra requiris in Virgine? Sufficit tibi, quod Mater Dei est. R. Beatam.

Lectio IX.

Non eam Spiritus sanctus litteris descripsit, sed tibi eam animo depingendam reliquit, ut intelligas, nihil illi gratiae, aut perfectionis, aut gloriae, quam animus in pura creatura concipere possit, defuisse; immo re ipsa intellectum omnem superasse. Ubi ergo totum erat, pars scribenda non fuit; ne putares, quod scriptum non fuera, eidem forsitan defuisse. Si ancillas suas et ministras domus suae potentissimus Dominus ita mirifice decoravit, ita donis et gratiis venustavit: qualiter, existimas, condidit Matrem suam, unicam Sponsam suam, quam

sibi ex omnibus elegit, et praem omnibus adamavit? Omnibus eam Altissimus praeposuit non solum virginibus, sed etiam angelicis Choris, quia Mater ejus est, et Matrem Dei decet omnis celsitudo. Quidquid igitur de Virgine scire, aut intelligere cupis, totum in hoc clauditur breviloquio: De qua natus est Jesus. Haec longa et plenissima historia ejus est. Te Deum.

DIE XVII AUGUSTI.

B. TIMOTHEI A MONTICULO C. L. O.

SIMPLEX.

ORATIO.

Deus qui nos beati Timothei confessoris tui annua solemnitate laetificas: concede propitius; ut eujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

Lectio IX.

TIMOTHEUS in oppido Monticuli, prope urbem Aquilæ honesto genere natus, ut animum a mundi illæbris servaret incolumen Deoque unice inserviret, adhuc juvenis Ordini Sancti Francisci inter Fratres Minores, quos vocant de Observantia, nomen dedit. Regularis disciplinæ severissimus cultor, ac celestium rerum contemplator assiduus, humilitate, abstinentia, patientia aliisque religiosi hominis virtutibus ita exceluit, ut omnibus admirationi esset, et Sacrum faciens supernas quoque visiones promeruisse feraatur. Cum autem ad sexagesimum vitæ annum illustria dedisse sanctitatis exempla, Orae inter fines Aquilanae Diocesis spiritum Deo reddidit anno reparatæ salutis millésimo quingentesimo quarto, ibique in Ecclesia sui Ordinis honorifice conditus est. Cultum statim a morte illi a circumstantibus populis exhibitum Pius Nonus Pontifex Maximus ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto ratum habuit et confirmavit, ejusque festum in memorata Diocesi cum Officio et Missa celebrari permisit.

DIE XXX. OCTOBRIS

IN FESTO

B. LIBERATI A LAURO.**CONF. I. ORD.**

DUPLEX MINUS.

*Omnia de Comm. Conf. non Pont. præter seq.**In Hymn. Meruit supremos.***ORATIO.**

DÓMINE Jesu Christi, qui Beatum Liberatum confessorem tuum a cæculi pompa ad suam tollendam crucem ac te sequendum vocasti: concede propitius; ut ejus exemplo, caduca despícere ac te pura mente diligere valeamus. Qui vivis.

In I. Noct. Lect. de Script. occur.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

LIBERATUS a Lauro, in Piceno, ex nobilissima Cómítum Brumfortíorum gente ortum duxit ineúnte sæculo decimotertio. Brevi tamen, ut vocantem spíritum sequerétur, mundi vanitatibus, fluxisque divitiis nuntium dare, seque Deo totum mancipare statuit. Qua de re inter Fratres Seraphici Minorum Ordinis, insignibus pietate viris, tunc máxime floréntis, se se cooptari postulávit; votique compos factus in Coenobium secessit, quod prope Castrum Brumfortium solitario loco, Suffiano nuncupato, nemóribus intercluso, divinorumque contemplationi opportunitássimo Sancti Francisci Assisinatis Assecræ sibi paráverant. **R.** Honestum fecit.

Lectio V.

SACERDOTIO insignitus, vitam ibi duxit ad mortem usque virtútibus adeo claram, ut humilitatis, integritatis, asperitatis, in corpus


suum sodalibus exemplar extiterit, ac effundendis Deo précibus dies noctesque integras constantissime insumpserit. Silentio quoque, solitudini, divinorumque meditationi ita vacavit, ut raro ádmodum vel cum suis loqueretur; et si aliquando interrogántibus satisfacere oporteret, ita respondebat ut Angelus potius videretur quam homo. **R.** Amavit.

Lectio VI.

Quo perfectissimum virtutum genere vitam traducens, divinoque ardore jugiter incensus, in ecstasim sæpius rapi a Deo proméruit, ceu traditum est, et cum póstmodum sensus reciperet, tantam præseferebat mentis lætiam ex prægustatione superni gaudii, tantoque vultus ejus cœlesti fulgóre perfusus apparebat, ut ómnibus admiratióni esset, ac Sanctus communi voce prædicaretur. Tandem consumátus in brevi explévit témpora multa. Austeritate enim vitæ et charitatis igne consumptus, in morbum ícidit, et ad extremum subinde adductus, fratres suos alloquens de cœlesti glória, atque animo exultans, feliciter abdormivit in osculo Dómini, anno circiter millésimo ducentesimo

sexagesimo. Corpus ejus ad locum Brumfortii, a suo nomine, ex tunc vocatum, translatum est una cum reliquiis Beatorum Humilis ac Pacifici ejusdem Ordinis, magna que ibi veneratione Beatus Liberatus colitur, miraculis multis uti fertur clarus. R. Iste homo perfecit.

In III. Nocturno Homil. in Evang. Nolite timere, pusillus grex.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PRIMI LOCI

PRO MARTYROLOGIO ORDINIS MINORUM.

EX NOVISS. S. R. C. CONCESSIONE.

Feria 3. post Dom. Septuag.

Festum oratiōnis Dōmini Nostri Jesu Christi in Monte Oliveti.

Feria 3. post Dom. Sexages.

Festum commemorationis Passionis Dōmini Nostri Jesu Christi.

Feria 6. post Cineres.

Festum Sacrae Spineæ Coronæ Dōmini Nostri Jesu Christi.

Feria 6. post Dom. 1. Quadrag.

Festum Lánceæ et Clavórum Dōmini Nostri Jesu Christi.

Feria 6. post Dom. 2. Quadrag.

Festum Sacratissimæ Síndonis Dómini
Nostri Jesu Christi.

Feria 6. post Dom. 3. Quadrag.

Festum Sacrorum quinque Vulnerum Dó-
mini Nostri Jesu Christi.

Feria 6. post Dom. 4. Quadrag.

Festum Pretiosissimi Sanguinis Dómini
Nostri Jesu Christi.

Die 26 Aprilis.

In oppido Genestani Prænestinæ Dioce-
sis Festum Sacræ Imaginis Beatæ Mariæ
Virginis de Bono Consilio nuncupatae, quæ,
Paulo secundo Summo Pontifice sedente,
mirabiliter in Ecclesia Ordinis Eremitarum
Sancti Augustini apparuit, ac miraculorum
magnitudine et præstantia celebris, frequen-
ti populorum concursu, maximaque religio-
ne colitur.

IN LITANIIS

SANCTOR. ORDIN. MINOR.

ADDENDA SUNT SEQ. NOMIN.

Post S. Nicolæ.

S. Petri Baptista, cæterique Socii Marty-
res Japonenses.—Orate pro nobis.

S. Nicolæ, cæterique Martyres Gorco-
mienses.—Orate pro nobis.

Post S. Joann. Josephi.

S. Leonarde.—Ora pro nobis.

Post S. Hyacinthæ.

S. Maria Francisca.—Ora pro nobis.

Feria 6. post Dom. 2. Quadrag.

Festum Sacratissimæ Síndonis Dómini
Nostri Jesu Christi.

Feria 6. post Dom. 3. Quadrag.

Festum Sacrorum quinque Vulnerum Dó-
mini Nostri Jesu Christi.

Feria 6. post Dom. 4. Quadrag.

Festum Pretiosissimi Sanguinis Dómini
Nostri Jesu Christi.

Die 26 Aprilis.

In oppido Genestani Prænestinæ Dioce-
sis Festum Sacræ Imaginis Beatæ Mariæ
Virginis de Bono Consilio nuncupatae, quæ,
Paulo secundo Summo Pontifice sedente,
mirabiliter in Ecclesia Ordinis Eremitarum
Sancti Augustini apparuit, ac miraculorum
magnitudine et præstantia celebris, frequen-
ti populorum concursu, maximaque religio-
ne colitur.

IN LITANIIS

SANCTOR. ORDIN. MINOR.

ADDENDA SUNT SEQ. NOMIN.

Post S. Nicolæ.

S. Petri Baptista, cæterique Socii Marty-
res Japonenses.—Orate pro nobis.


S. Nicolæ, cæterique Martyres Gorco-
mienses.—Orate pro nobis.

Post S. Joann. Josephi.

S. Leonarde.—Ora pro nobis.

Post S. Hyacinthæ.

S. Maria Francisca.—Ora pro nobis.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

- 1 -

DIE V FEBRUARII.

IN FESTO

SS. JAPONENSIMUM PETRI-BAPTISTÆ

ET SOCIORUM XXII MARTYRUM

I. ET III. ORDINIS

DUPLEX 2 CLASSIS.

OMNIA DE COMMUNI PLURIMORUM MARTIRUM.

IN I. VESPERIS.

*Ad Magnif. Ant. Quis nos separabit a
Charitate Christi: an persecutio, an gladius?
sed in his superamus propter eum, qui di-
lexit nos.*

ORATIO.

*Domine Jesu Christi qui ad tui imita-
tionem per Crucis supplicium primitias Fidei
apud Japoniae gentes in Sanctorum Marty-
rum Petri-Baptistæ et sociorum sanguine*

Jos M^a Gay etana Fererat con licencie

dedicasti, concede quæsumus; ut quorum
hodie solemnia colimus excitemur exemplis.
Qui vivis etc.

*Deinde fit. comm. S. Joseph. a Leonissa
An. Hic vir V Justum. Oratio ut in die.*

In Quadrag. fit comm. Feriae.

Lectiones I. Nocturni, Fratres, Débitores.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Remotissimæ Japoniæ Regioni extremis Orientalis Asiae finibus sitæ, quæ diu in tenebris et in umbra mortis sederat, sextodecimo reparatae salutis humanæ sæculo catholicae veritatis lumen affusit. Magnus siquidem illuc Indiarum apostolus sanctus Franciscus Xavérius Christum prædicans crucifixum adeo insignem fidelium fundavit Ecclesiam, ut hisce in terris Apostolorum tempora rediisse viderentur. Nec illi etiam defuere Martyres qui fidei primitias sanguine consecrarent Cum enim Taicosama Japonensium tyranus pluries minitus fuisset Philippinas sibi insulas brevi subacturum: censuit Manilæ Prorex, ali-

quot suæ ditionis viros catholici Regis nomine ad pacem illi suadendam legatos mittere. Huic operi delectus est tamquam commissarius Petrus-Baptista Ordinis Minorum strictioris observantiae discalceatorum sacerdos. piis nobilibusque parentibus in Hispania ortus, ac morum sanctitate, doctrina et prudentia valde conspicuus; eique tres dati sunt socii ejusdem instituti electi consolades. Qui omnes optantes pro Christo legationi fungi, statim ac ad Japoniæ litora appulerunt, et collato sibi munere feliciter functi sunt; ad Religionis incrementum, in partem laboris alii sociis adscitis, animum advocarunt. Multis proinde xenodochiis, cœnobii, et Ecclesiis per diversa loca christiano ritu excitatis; ibique per triennium prædicationi, jejuniis, vigiliis, precibus jugiter instando, atque egenorum et languentium aerumnis miro charitatis ardore subveniendo, et fideles plurimos in via salutis confirmarunt, et gentes innumeratas ad fidem perduxerunt.

By Sancti tui.

Quia de re graviori commoti inanum deorum sacerdotes, Tyranum convenient, ei que falsis rationibus persuadent, imperium diu incolume non futurum, nisi christianam religionem jam undique gliscentem ad suis finibus exterminandam curaret. Vano ille propterea timori percusus, imperavit illio religiosos viros tamquam majestatis reos detineri, dixitque in eos sententiam crucis.

Nullaque interposita mora satellites Meaci pariter et Ozacae domos circumveniunt, Deique servos ibi comprehensos detinent, ac in publica dein vincula detrudunt. Inter captivos autem reperti fuere, tum Petrus-Baptista cum sociis quimque, praclaræ virtutis ac sanctimoniae viris ex eodem Ordine, Martino scilicet ab Ascensione, et Francisco Blanco Hispanis sacerdotibus, Philippo a Jesu clero acolytho ex hispanis parentibus Mexici orto, ac Francisco a Sancto Michaelis hispano, et Gundisalvo Garzia ex patre Lusitano in Indiis orientalibus nato, laicis professis: tum etiam Tertiarii quinde-

Lectio V.

cim Japonenses, alii Cathechismo, alii sacris officiis inservientes; e quibus Paulus Suzuqui et Franciscus Meacensis nedum religionis fervore, ut omnes, sed piis quoque conscriptis a se libris prestatabant, et Gabriel a Duisco, Thomas Cosaqui, Antonius Nangasachius, et Ludovicus Ibarchi zelo fidei, animique fortitudine supra atatem eminebant. His porro omnibus, prater tres alios e Societate Jesu, bini Tertiarii, qui illis in carcere ministrabant, deinceps adaueti sunt; ac ideo trium et viginti martyrum numerus ex Ordine Seraphico expletus est.

R. Verbera carnificum.

Lectio IV.

Post horridos itaque carceris squalores fortissimi Christi athletæ in Meaci regni metropolis forum, ligatis a tergo manibus, tandem producuntur, eisque sinistræ auris pars in ignominiae notam absconditur; es plaustris impositi, per vicos multos et civitates præcedente scripta in hasta mortis causa, nempe quod Christum prædicassent, circumferuntur. Has inter opprobrii contumelias, plurima etiam a satellitum barbarie

perpessi, sub hiemali rigore, per nives et glacies Nangasachium adducuntur; ibique crucibus affixi, et singuli ab imis latéribus ad humeros binis lanceis confossi, martyrium divinis in laudibus consummarunt die quinta Februarii anno supra millesimum quingentesimo nonagesimo septimo. Gloriosum hoc Japoniæ protomártirum certamen variis Deus condecorare voluit signis et miraculis: quibus rite probatis, sacrorum Rituum Congregatio ad eorum canonizatiōnem quandocumque deveniri posse decrevit; et interim Urbanus Octavus omnes Beatorum honores eisdem concessit. Divino tandem consilio factum est, ut præclarissimam tot Crucifixorum causam, erumpentibus undique inimicis Crucis Christi, Pius Papa Nonus ad exitum brevi perdūceret: qui proinde sacro Pentecostes die anni millesimi octingentesimi sexagesimi secundi, eximia purpuratorum Patrum, sacerorumque Antistitum ex omnibus catholici orbis partibus ingenti numero sibi adstantium corona circumdatus; ipsos in Vaticana Basilica Sanctorum albo solemniter accensuit, et novum ac spectatissimum fortitudinis exemplum Christi fidelibus imitandum præbuit.

R. Tamquam aurum.

IN III. NOCTURNO.

Lectio VII.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHÆUM. 16 24.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Et reliqua.

De Homilia sancti Joannis Chrysostomi.

In Math. 16.

Tollat Crucem suam. Ne putas ad verba usque et contumelias, atque opprobria abnegare se ipsum oportere, dicit quousque abnegare semetipsum oporteat, id est usque ad mortem, eamque turpissiman. Idecirco non dixit, abneget semetipsum usque ad mortem, sed tollat crucem suam; declarans mortem turpissiman, et quod non semel aut bis, sed per totam vitam id fieri oporteat. Perpetuo, inquit, hanc mortem circunferas, et quotidie sis paratus ad necem. Propter testamentum.

Lectio VIII.

Quonian multi opes quidem contempserunt et voluptatem et gloriam, mortem vero non spreverunt, sed pericula timuerunt; ego inquit, volo athletam meum ad mortem usque pugnare, ac certamina péragi usque ad sanguinem. Quare si mortem obire oporteat, eamque turpissimam atque execrandam et vel ex prava suspicione illatam, omnia fortiter ferre atque ideo maxime exsultare oportet.

R. Hæc est vera fraternitas.

Lectio IX.

Et sequatur me, inquit. Quum enim fieri possit, ut, qui patitur, non sequatur Christum, dum propter ipsum non patitur: nam et latrones, et sepulerorum expilatores, et præstigiatores multa et graviora patiuntur: ne putas ipsam sufficere malorum naturam, caussan addit malorum. Et quænam illa est? ut nempe hæc agens et patiens ipsum

sequaris; ut propter ipsum omnia patiāris et reliquas virtutes obtineas. Id enim significat illud sequatur me; ita ut non modo fortitudinem in ærumnis, sed et continentiam, et æQUITATem et sapientiam omnem exhibeas.

In Quadr. IX. lect. de homil. Feriae, de qua fit commem. in Laud.

Ad Benedictus. Ant. Christus passus est pro nobis relinquens exemplum ut sequamur vestigia ejus.

IN II. VESPERIS.

Ad Magnificat. Ant. Christus peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum ut peccatis mortui justitiæ vivamus.

Deinde fit comm seq. et Feriae in Quadrag. ac S. Dorothæ.

etisq; siuio b; q; q; q; q; q; obom
-urg; mina bl; q; q; q; q; q; obom
obom non
DIE VI. APRILIS

B. BENTIVOLII DE BONIS

CONFESSORIS I. ORDINIS

DUPLEX MINUS

OMNIA DE COMM. CONFESS. NON PONTIF.

In Hymno, Meruit supremos.

ORATIO.

Deus, qui gloriam tuam in Beati Bentivoli Confessoris prædicatione, et miraculis revelasti, concede propitius, ut ejus meritis et intercessione ad contemplandam speciem tuæ celsitudinis perducamur. Per Dom.

Deinde commem. præced. et Feriæ in Quadrag.

*Lec. I. Noct. de Scrip. occ. In Quadrag.
Beatus vir.*

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Bentivolis De Bonis Septempedæ duodecimo decurrente sæculo natus, ibidem morum integritate commendatam adolescentiam exegit. Ordinis Seraphici tunc nascentis, ejusque Patriarchæ Francisci fama permotus ac virtutibus et sermone eximiij concessionatoris verbi Dei ex eodem Ordine illectus, patria simul, et quavis temporali spe relictis, Assisium convolare constituit, quo tamen ei pervenire non licuit, nisi post feliciter devictam Patris repugnantiam. Religionis habitu e Francisci manibus suscepto, et in gaudio spiritus votis Deo nuncupatis, illico inter fratres virtutum omnium splendore, humilitatis potissimum, patientiæ, obedientiæ, simplicitatis, mortificationis, jugisque orationis emicuit, ac proinde Evangelicæ perfectionis exemplar communiter conclamatus et habitus.

R. Honestum fecit illum.

Lectio V. II VI

Conversatione ejus sancta singuli delectabantur assidue, utpote qui de cælestibus disserendo simplicitate eloquii, attamen vehementer igniti, ita omnes ad virtutem secundam alliciebat, ut vel ex familiaribus collocutionibus, vel ex tribunal pœnitentiae, ubi sedulo medebatur contritis corde, quisque veluti occultos stimulos ad arripiendum perfectionis iter perciperet. Id vero cum aliquando præstaret, Spiritus sancti afflatus, qui satis aperte ex sermonis efficacia patet, clarius etiam se prodidit per mirum Stellæ splendorem, quæ loquentis fronte insidens, hominem diu cælesti luce perfusum audientibus exhibit Crebris quoque charismatibus ecstasum, raptuum, agilitatis, aliisqui donis ejus sanctitatem Deus testam voluit.

B. Amavit eum Dominus.

mandatum cessavit in die misericordia eiusdemque Petri non longe postea Maximus certum populi et ecclesiærum sa invenit missipii sub nomine Bentivolio. Apostolice sententia istam perficit.

Ipse autem Bentivolius, quæsum magnum neplitanus, pietatem cum sufficientia, et sibi perutile gloriari in Cruci Domini nostri Iesu Christi, ad regularis observantiae apicem pervenire contendit humilitate, paupertate, vitæ austeritate, in seipsuna non intermisso sæviendo, corpusque suum excruciendo ad mortem usque, per quam senio confectus intra festum Nativitatis Domini, et Stephani Protomartyris lenta febre consumptus, ad cœlum feliciter evolavit in Patria, sepultusque est ibidem in Ecclesia sui Ordinis. Cum vero tanta sanctitatis fama vivens inclausisset, hæc ad nuncium mortis adeo aucta est, ut undique concurrent fideles ad mortales ejus exuvias religioso cultu prosequendas, felici æmulatione singulis eum Beatum et Sanctum conclamantibus, validissimum ipsius ad Deum patroctnium implorantibus, qui famuli sui sepulchrum miraculorum splendore et frequentia gloriosum reddidit. Quæ quidem omnia cum

numquam cessarint, imo in dies majora evaserint, Pius nonus Pontifex Maximus, cultum publicum Ecclesiasticum ab immemorabili tempore beato Bentivolio tributum Apostolica auctoritate sua ratum habuit, et confirmavit.

B. Iste homo.

In III Noct. Homil. in Evang. Pusillum gregem.

In Quadrag. IX. Lect. et comm. Fer. in Laud.

DIE XXIX. MAJI.

B. HERCULANI A PLAGARIO.

CONFESSORIS I. ORDINIS.

SIMPLEX.

Oratio.

Deus, qui per beatum Herculatum confessorum tuum ad contemptum mundi, et ad recolendam Unigeniti Filii tui passionem fideles excitasti: concede propitius; ut terrena despicientes, crucem jugiter feramus in vita, et praemia aeterna consequamur in morte. Per eumdem Dominum,

Lectio IX.

Quo tempore Minoriticus Ordo praeclaris Ecclesiae luminibus fulgebat, Bernardino Senensi, et Joanne a Capistrano, nomen ei, et decus accessit Herculani. Honesta, ut fertur, familia progenitus Plagarii agri Perusine oppidi, Dei benedictionibus diluculo praeventus rerum humanarum vanita-

tem facile intellexit. Itaque adscensiones in corde suo ita disposuit, ut quae sunt mundi despiceret, et ibi cor suum figeret, ubi vera sunt gaudia. Quod ut facilius asseretur, opibus paternaे domus valedicens, inter Fratres Minores de Observantia adscribi humiliter petiit. Sartiani in cenobio sancti Francisci suum tirocinium alacriter absolvit, ac solemnibus nuncupatis votis, iter perfectionis quod susceperebat, constantissime usque ad mortem est prosequutus. Presbyter constitutus, illico sese exhibuit ministrum Christi et fidelem dispensatorem mysteriorum Dei. Tanta autem pollebat sacrae eloquentiae vi, ut sapientibus aetatis suae admirationi esset. De divina praesertim passione disserebat, quam Aquilae in Vestinis feria sexta majoris hebdomadae servidis adeo verbis enarravit, ut toto concionis spatio universus cœtus magno fletu ejularit. Nec minus animarum, quam corporum saluti consuluit. Aliquando enim quadragesimales eonciones habens apud Luncenses, cum obsidione civitas premeretur, annonaeque caritas accederet, ne dum curavit famelicos sustentare, sed et cives ad constantiam est hortatus, et divinitus edocitus praedixit magnam frumenti

copiam Paschali tempore allatum iri: quod cum factum esset, honesta fuit inita pax. Neque in Italia modo ad divini nominis gloriam labores exantlavit, sed cum Alberto Sartianensi in Palæstinam prefectus pro sanctorum locorum recuperatione sategit. Inde reversus tum aliis virtutibus, tum maxime abstinentia, et austерitate vitæ eximiens animam Domino reddidit anno circiter millesimo euadrigentesimo quinquagesimo primo in cenobio, quod ipse ædificaverat in territorio castri Plebis Foscianæ prope Castrum-novum in Carfaniana provincia, sanctimoniae et miraculorum fama præclarus. Multis honoribus post mortem cumulatus est, cultumque publicum eclesiasticum essecutus; quem Pius nonus Pontifex Maximus ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto quarto Kalendas Aprilis anni millesimi octingentesimi sexagesimi ratum habuit, et confirmavit.

DIE V. JUNII.

B. PACIFICI A CEREDANO.

CONFESORIS I. ORDINIS.

Duplex minus.

Omnia de Comm. Conf. non Pont.

Oratio.

Deus qui Beatum Pacificum Confesorum tuum verbo atque exemplo clarere fecisti: præsta, quæsumus; ut ejusdem vestigia sectantes, ad cœlestum patriam perducamus. Per Dominum.

Postea fit comm. S. Francisci.

Lectiones I. Noct. de Script.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Pacificus Ceredanensis, ab ineunte ætate adversis probari coepitus, pios parentes inter luis, bellique strages extinctos amisit. Sic misere orbatus, in Benedictionum sancti Hieronymi monasterium apud Novariam, benigne recipitur a præsule, qui in puero egregiam, piamente indolem admiratus, eum liberalibus disciplinis erudiendum curavit.

Sed, hoc etiam vita functo, juvenis evangelicæ perfectioni studens Franciscale Institutum professus est. In quo ad perfectam susceptæ vitae rationem totum se informans, literarum studia ita cum virtutum omnium exercitatione coniunxit, ut insigni doctrina non minus, quam sanctimonia clarus passim haberetur.

R. Honestum.

Lectio V.

F lagrans charitate, vires omnes animi, et spiritualia dona quæ divina meditando, ac seipsum afflictando hauserat et foverat, in procurandis, quæ Dei sunt, penitus impedit. In sacerdotali obeundo ministerio laboravit indefessus; et cum evangelizaret virtute multa erroris oppugnavit, mores correxit, odia, factionesque sedavit. Ubi miserorum causa ageretur, nihil intermisit, quo eis levamini esset, et soliatio. Deiparam Virginem summa pietate colens, ejus cultui amplificando operam dedit, sodalitates instituit, sacellum erexit. Regularem observantiam, et ecclesiasticam disciplinam ore, exemplo, exitatisque cœnobiis promovit; illa quoque moribus dirigendis ab eo

— 20 —

conscripta est Summa, quæ de ejus nomine Pacifica prænotatur. In omnibus constanter humilis, obediens ac sanctam præferens hilaretatem visus est, sive urgerent adversa, si ve secunda arrideret. R. Amavit eum.

Lectio VI.

Hisce virtutibus, et probata solerti ejus in arduis prudentia, toti suo Ordini, et Sexto Quarto commendatus, legatus est in Sardiniam. Ibi cum partes sibi commisas religiose adimplet, cum animos exicit ad profligandos Turcas ab Italib[us] oris; prout prædixerat oppidanis suis, sese non amplius abiis, nisi mortuum visum iri, Sässari ad superos migravit, anno millesimo quadrigentesimo octuagesimo secundo, ætatis suæ quinquagesimo octavo. Sacræ dein exuviae ejus Ceredanun translatæ, clero et populo exultante honorifice conditæ sunt in Sacello ab eo exstructo; ubi impensa in dies veneratione coluntur. In vita et post mortem miraculis præfulsit: cultum publicum ei exhibutum Benedictus decimus quartus confirmavit. R. Iste homo.

In III Noct. Homilia Sancti Evangelij de Comm. I. loc.

— 21 —

DIE V. FEBRUARII.

ELOGIUM PRO MARTYROLOGIO ORDINIS.

In Regno Japoniæ Passio viginti sex Martyrum; e quibus sex, nimirum Petrus-Baptista, Martinus, Franciscus, Philippus, Gundisalvus, et alter Franciscus, ad Ordinem Minorum pertinent; alii vero septemdecim in apostolico ministerio socii, ad Tertium Ordinem revocantur: qui omnes pro catholica fide in crucem acti, et lancearum ictibus perfoSSI, inter divinas laudes, ejusdemque fidei prædicationem gloriose occubuerunt. Eos Urbanus Papa Octavus Beatos declaravit, et Pius nonus Pontifex Maximus anno millesimo octingentesimo sexagesimo secundo, solemni ritu Sanctorum fastis adscripsit.

DIE VI. APRILIS. ®

ELOGIUM PRO MARTYROLOGIO ORDINIS

Apud Septempedam in Piceno B. Bentivolii Confessoris Ordinis Minorum qui signis et operibus bonis plenus dono orationis ac contemplationis cumulatus, octavo Kalendas Januarii cœlos ascendit.

DECRETUM

ORDINIS MINORUM.

Cum S. R. C. approbaverit Lectiones II. et III. Nocturni, Antiph. ad Magnificat in utrisque Vesperis, ad Benedictus in Laudibus; et Missam pro SS. Martyribus Japonensibus; ac concesserit Officium B. Bentivolii de Bonis Conf. I. Ordinis, pro quo nos assignavimus die 6 Aprilis: præsentes injungimus omnibus Nostræ curæ subjectis, ut in recitatione Officii dictis sese conformatent.

Datum Romæ ex Araceli 26 Martii 1863.

FR. RAFAEL DE PONTICULO MIN. GEN.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Antonius M. a Fano.

Lect. Jub. a Secretis Ordinis.

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI.

Juxta peculiarem Rubricam Breviarii Romano-Seraphici Titulo XXXVII ad 1, § 238 Litanis particularibus Trium Ordinum S. Francisci Assisiensis adjicienda modo sunt nomina viginti trium SS. Martyrum, qui superiori anno 1862 solemní ritu Sanctorum albo accensiti fuerunt. Et quoniam eadem Litaniæ, nimium protraherentur si singillatim hi gloriissimi Martyres essent invocandi, ut eadem Rubrica innuere videtur, Rmus. P. F. Raphael a Ponticulo Min. Glis Ordinis Minorum a SS. D. N. Pio Papa IX humillime postulavit ut non obstante enunciatae Rubricæ præscripto suprema auctoritate sua permittere dignaretur, ut hoc unico elogio

parentes ipsi adhortabantur, inter SOSORES TERTII ORDINIS SANCTI FRANCISCI IN FLORENTINO MONASTERIO a sancto HONUPHRIO NUNCUPATO NOMEN DEDIT. Hinc cum sese ob eximias virtutes omnibus apprime probavisset, Fulgini-

crorum Rituum Congregationis Secretario,
in hac parte tantum Derogando recensitæ
Rubricæ, precibus clementer annuere dig-
nata est. Contrariis non obstantibus qui-
buscumque.

Die 23 Aprilis 1863.

C. Episcopus. Portuen. et S. Rufinæ Card.
Patrizi S. R. C. Præf.

Loco ✠ Sigilli.

D. BARTOLINI S. R. C., Srius.

DIE 7 APRILIS.

B. ANTONIE A FLORENTIA VID. 2 ORD.

DUPLEX MINUS.

Omnis de Com. nec Virg. nec Mart. præter seq.

ORATIO.

Deus, qui beatam Antoniam fámulam tuam
per omnes vitæ sémitas ad te mirabiliter tra-
duxisti: tribue quæsumus; ut ejus méritis et
exemplis ad cœlestem prâtriam perducamur.
Per Dominum.

Lectio. I. Noct. de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Antonia honistis parentibus Florentiæ na-
ta, post hábitis secúndis nuptiis, ad quas eam
parentes ipsi adhortabántur, inter Sosores
Tertii Ordinis sancti Francisci in Florentino
monasterio a sancto Honúphrio nuncupato
nomen dedit. Hinc cum sese ob eximias vir-
tutes omnibus apprime probavísset, Fulgini-

crorum Rituum Congregationis Secretario,
in hac parte tantum Derogando recensitæ
Rubricæ, precibus clementer annuere dig-
nata est. Contrariis non obstantibus qui-
buscumque.

Die 23 Aprilis 1863.

C. Episcopus. Portuen. et S. Rufinæ Card.
Patrizi S. R. C. Præf.

Loco ✠ Sigilli.

D. BARTOLINI S. R. C., Srius.

DIE 7 APRILIS.

B. ANTONIE A FLORENTIA VID. 2 ORD.

DUPLEX MINUS.

Omnis de Com. nec Virg. nec Mart. præter seq.

ORATIO.

Deus, qui beatam Antoniam fámulam tuam
per omnes vitæ sémitas ad te mirabiliter tra-
duxisti: tribue quæsumus; ut ejus méritis et
exemplis ad cœlestem prâtriam perducamur.
Per Dominum.

Lectio. I. Noct. de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Antonia honistis parentibus Florentiæ na-
ta, post hábitis secúndis nuptiis, ad quas eam
parentes ipsi adhortabántur, inter Sosores
Tertii Ordinis sancti Francisci in Florentino
monasterio a sancto Honúphrio nuncupato
nomen dedit. Hinc cum sese ob eximias vir-
tutes omnibus apprime probavísset, Fulgini-

um mittitur, inde Aquilam, ubi monastérium sanctae Elísabeth dicátum quatuórdecim ferme annis sanctissime gubernávit. Deo autem ad majora vocánte, de prima sanctae Claræ régula amplecténda consílium ínit, ut arctiōri custódia, beata illa solitúdine, in qua Deus ad cor lóquitur, frueretur. In eo proposito á sancto Joanne de Capistráno confirma, Nicolao quinto summo pontifice adprobante, in cœnóbium Corporis Christi nomine insigne secéssit, ibique quam cogitaverat régulam cum quatuárdecim sanctimonialibus professa, novo sacrárum viginum collegio urbem Aquilam auxit. Loci ejus, et si relúc-tans moderátrix ab eódem sancto Joánni de Capistráno constitúta, nihil antiquius hábuit Antónia, quam ut ad absolutíssimam religio-sæ perfectionis normam concréitas sibi Sorores exemplo præsértim suo informáret.

Lectio V.

Cum vero modestiam súique despéctum virtutum ómnium caput esse sentiret, demíssissime ac subjectíssime sese habuit, humiliáma quæque officia sibi vindicans. Injuriárum pátiens, propinquórum moléstias, malignórum calumnias, convicia, contumélias et

gravíssimum séxdecim annorum morbum fór-titer pertulit. Quinímmo ne caro advérsum spíritum prævaleret, eam asperítate, inédia, labore contrívit. Paupertatis cupidíssima, ea quæ ad vitam maxime necessária sunt, sibi deéssē gaudébat, novisque véstibus Soróres donans, vetústas consumptásque sibi deligébat. Silentii custos sédula, quidquid domésticis curis superésset témporis, id omne tribuebat précibus, íntegras, sæpe noctes, cœlestia meditans, divinique ignis amore abrépta, os ipsum miro suffúsum rubore nonnumquam osténdit: modo a sénsibus abdúcta, modo sublímis e terra inter orándum conspécta est.

Lectio VI.

Verum charitate etiam in próximum Antonia emíciuit. Nulla ex Soróribus fuit, quæ illius opem, consiliúmque non sit expécta: infirmis præsértim diu noctuque adsistens ac ministrans matérno prorsus affectu eas complectebátur, et dum aegrī corpóribus leva-men, animæ salutária mórita præbebat. Neque morbis ingravescéntibus, deficiéntibus viribis, sollicitudo ejus defécit, et quod non valébat ópere, sermóne præstábat. Tandem præcognita sue mortis hora, sanctimoniáles ad

régulæ observantiam mutuámque charitatem vehementiōri stúdio et verbis hortáta, atque ecclesiæ sacraméntis muníta, diem óbiit sup̄sum, et ad cœlestem sponsum migrávit pridie caléndas Martii anno bisextili millesimo quadrigentésimo septuagésimo secundo, ætatis sue septuagésimo primo. At ea, quæ refūsít virtus, et miraculorum cœlēritas talēm illi famam admirationēque apud omnes comparárunt, ut tandem et Beatæ titulum, et cultum ab immemorabili ei præstítum Pius nonus pontifex maximus anno reparatæ salutis millésimo octingentésimo quadragésimo septimo Apostólica auctoritate confirmavérit.

In III Noct. Homil. in Evang. Simile est regnum coelorum.

DIE 7 JUNII.

BB. STEPHANI, ET RAYMUNDI I. O. ET SOC. MM.

DUPLEX MAJUS

Onim. de com. plur. mart. p̄t̄ter seq.

ORATIO.

Deus pro cuius amore ac fidei tuendae zelo beati Stephanus, Raymündus, et Socii gladiis impiorum occubueré: præta quæsumus; ut eorum suffragiis in fide stables, te semper ex animo diligamus. Per Dominum.

In I. Noct. lect. Fratres Debitores.

IN II NOCTURNO.

Leetio. IV.

Quo tempore Tolosanæ dioecesis lethifera labi Albigensium inficiebatur immortalis memoriæ pontifex Gregorius nonus christifidelium saluti prospiciens, inquisitores illic misit lectissimos viros tum ex Minorum, tum

ex Ordine Prædicatórum. Ex primis erant Stephanus de Narbóna, et Raymúndus de Carbonérii. Ex aliis vero Guillélmus Arnaldi ejusque socii Bernárdus de Rupe Forti et Garcías de Aura. Hisce et charitate et munere sex alii adjungebantur, nimírum Prior monasterii ex Ordini sancti Benedicti in oppido Avenionéti mónachus Clusinus nuncupátus, Raymúndus Tolosánæ ecclesiæ archidiaconus, Bernárdus ejusdem cléricus, Fortanérius, et Armárus item clérici qui numerum munus explebant, laicus demum tabellio Petri nómine. Hosce undecim una fidei ed muneris societate conjúntos pari gloriae triúphi immortalisque vitæ Deus reservavit.

Lectio V.

Nam cum eo, quo par erat stúdio et industria missi a pontifice Inquistóres suo munere fungerentur, Albigensium íra et livor asperius desæviit. Raymúndus ab Alfaro vir celestissimus, et Albigénsium doctrínis imbatus, qui nómine tolosani Cómitis oppido Avenionéti præfектus erat, quod oppidum a civitate Tolosæ non longe distat, Inquistóres eorumque sócios in aedes dynastæ arcessivit.

Ingens patébat aula juri dicúnido comparata. Eo cum ingrési essent Inquistóres eorumque cónmites supramemorati e látibris dispósiți satellites erumpunt. Adoriantur illos non solum inérmes, sed ultiꝝ alacritérque mori páratos. Nulli igitur exauditi gémitus aut ejulatus inoriéntium, sed laeta cántica ex ore occumbéntium personábant, cum ambrosiánum hymnum canéntes voce concordi grates aeterno Deo persólverent. Cóngit autem corum beata mors anno Dómini millésimo ducentésimo quadragésimo secundo, quarto calendas Junii nocte videlicet Ascensionis Dómini nostri Jesu Christi.

Lectio VI.

Infándum scelus ac illustris servórum Dei obitus diu latére non pótérant. Vel etiam honinibus tacentibus rem gestam signa et ostéta insólita prædicavérunt, quorum plura réfrunt coévi ac posteriores historici. Omníum ergo ore tamquam veri Christi mártires hábiti sunt, et ecclesiásticus cultus statim illis exhibitus, tum in Tolosana civitate, tun en oppido Avemionéti, ubi corum festum quoánnis ad hæc usque tempora recolitur.

Hunc autem immemorabilem cultum Pius nō
onus pontifex maximus audito prius sacram
rituum Congregationis oraculo, adprobavit
octavo idus Septēmbri anni millēsimi octin
gentésimi sexagesimi sexti.

*In III. Nocturno Homilia Dominus, ac
Redemptor noster.*

Ten. paschali Homilia Iste locus evange
licius.

SUPPLEMENTUM

AD BREVIARIUM

ROMANO-SERAPHICUM.

DIE 13 FEBRUARII

B. VIRIDIANA VIRG. 3 ORD. DUPLEX MINUS

OMNIA DE COMM. VIRG. PRÆTER SEQ.

ORATIO.

Deus, qui in famula tua Viridiana cum
virginitatis flore mirabiles pœnitentiae fructus
conjunxisti: tribue nobis quæsumus; ut ejus
meritis et præcibus, pœnitentiæ lacrymis ab
luti, mundi in conspectu tuo præsentari me
reámur. Per Dominum.

Hunc autem immemorabilem cultum Pius nō
onus pontifex maximus audito prius sacram
rituum Congregationis oraculo, adprobavit
octavo idus Septēmbri anni millēsimi octin
gentésimi sexagesimi sexti.

*In III. Nocturno Homilia Dominus, ac
Redemptor noster.*

Ten. paschali Homilia Iste locus evange
licius.

SUPPLEMENTUM

AD BREVIARIUM

ROMANO-SERAPHICUM.

DIE 13 FEBRUARII

B. VIRIDIANA VIRG. 3 ORD. DUPLEX MINUS

OMNIA DE COMM. VIRG. PRÆTER SEQ.

ORATIO.

Deus, qui in famula tua Viridiana cum
virginitatis flore mirabiles pœnitentiae fructus
conjunxisti: tribue nobis quæsumus; ut ejus
meritis et præcibus, pœnitentiæ lacrymis ab
luti, mundi in conspectu tuo præsentari me
reámur. Per Dominum.

—2—

Lect. I. Noct. de Scripto curr. in Quadr. De Virginib.

In II Noct. Lectio IV.

Viridiana in Castro Florentino ex illustri Attavantorum familia nata, a prima aetate orationis et abstinentiae studiis dedita, durius quoddam vitae genus duodennis aggressa est multisque a Deo miraculis honorata. Haec cum diligenter considerasset quidam illius consanguineus vir opulentus, eam in domum suam accepit custodem et adjutricem uxoris suae; sed cum ammonae caritate, pauperum misera, legumina domini sui in eosdem erogaret, ita in illam iracundia exarsit, ut ad clamorem vicini accurrerent. Viridiana vero, cum a Deo opem implorasset, arcam leguminibus plenam domino ostendit, qui eo miraculo motus, eam deinceps summa veneracione prosecutus est. Ad Compostellam postea cum quibusdam pii mulieribus, atque inde Romanam ad veneranda sanctorum Apostolorum limina peregrinationem agressa, cum domum revertisset, anno supra millesimum ducentesimo vigesimo octavo in eremiticam cellam se inclusit; ibique Tertii Ordinis sancti patris nostri Francisci habitum assumpsit, multisque

—3—

jejuniis et afflictionibus carnem suam castigavit.

Lectio V.

Chorus omnis intercessione nullus habet

Nam vino perpetuo abstinuit, pavimentum pro lectulo habuit, ferreo cingulo et cilicio corpus cinctum, in crastinum nihil reservans, in pauperes omnia, quae frugalissimae mensae detrahere poterat, erogavit. Passionem Dominicam quotidie cum lacrimis recolebat, eta colloquii hominum ita abhorruit, ut nec quidem vocata respondere. Cum variis aerumnis exerceri ad magni Antonii imitationem experiret, bini serpentes, qui summo horrore tenerrimae virginis erant, per fenestram cellulæ ingressi ab ea deinceps, maxime dum mensa accumperet, non recesserunt; quin et caudis graviter flagellabant, nisi et illis cibum porrigeret, aut eodem ex vase pasci sineret. Hos dum Episcopus Florentinus, qui ad eam invisitatem venerat, expellere vellet, ipsa ne tali patientiae exercitio privaretur exoravit. Quae et abscissas caudas illis restituit, crucis signo supra serpentes formato, qui tamen illi magis infesti post acceptum beneficium extiterunt, donec uno ab incolis interempto, alter deinceps non comparuit; ex quo Viridiána diem supremum sibi instare intellexit.

Lectio VI.

Claruit eximia miraculorum virtute; nam aquam prodigiose in vinum vertit, fractum pueri genu et brachium curavit, cæcam pueram, palma impôsita, vidéntem reddidit, alia que plura miraculose patravit. Demum trigésimo quarto reclusionis anno, dum psalmos penitentiâles recitaret, purissimum spíritum Deo reddidit caléndis Februarii anno millésimo biscentésimo quadragésimo secundo, eujus mortem campânæ sponte sonântes publicarunt. Concurso proinde cleri populi facto ad cellulam, et muro díruto, sacrum ejus corpus repertum est in gênuâ eréctum, sublatis in cælum manib⁹ et mirum efflans cœlestis odoris fragrantiam. Quod pro confluentium solatio dies sèxdecim inhumatum, insignibus interea miraculis illustratum fuit. Quibus diligenti inquisitione perspectis, Clemens séptimus pontifex maximus officio ecclasiastico coli mandavit.

In III Noct. Homilia. Sæpe vos fratres.

DIE 9 JULII.

SS. NICOLAI ET X. SOC.

MART. GORCOMENSION I. ORDIN.

DUPLEX 2 CLASSIS.

Additio ad VI. Lectionem.

Pius vero nonus tertio calendas Julii anni millésimi octingentésimi saxagésimi séptimi, cum seculâria Apostolórum principum solemnia haberéntur, sanctórum fastis adscriptis.

DIE 11 SEPTEMBRIS.

S. ALPHONSI MARIAE DE LIGORIO ®

Omn. ut in sequenti die.

DIE 12 SEPTEMBRIS.

BB. APOLLINARIS ET XXXIX SOCIORUM MM. IAPONEN.

1 ET 3 ORDINIS.

DUPLEX MAJUS.

Omn. de Com. plurim. Martyr. præter seq.

ORATIO.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut
beatorum martyrum tuorum Apollinaris et
sociorum examplo excitati omnia potius ma-
la in hoc século, quam animæ detriméntum
patiamur. Per Dominum.

Lectiones 1. Noct. Fratres debitores.

IN II NOCTURNO.

Lectio IV.

Atrox illa et immanis persecutio, quæ sé-
culo exeunte decimosexto in Iapónia oborta
est, veheméntior in dies exarsit. Quamvis
enim priorum sex et viginti martyrum effuso
sanguine, persecutorum ira aliquantulum de-
ferbuerit, illarum tamen géntium tyranni nos-
céntes ipsum sanguinem, instar seminis, Chris-
ti fidèles auctisse, omnes adhibué artes om-
niaque usurparunt instrumenta feritatis ad
cultum nomenque christianum prorsus delen-
dum. Promulgata síquidem anno sexcentésimo
quartodécimo supra millésimum capitáli senti-
entia in Christi fidèles quoslibet, maxime ve-
ro contra sacerdotes virosque religiosos; et ad-
juneta bonorum proscriptione adversus ipsó-
rum receptores ac vicinos, nisi eosdem prodé-
rent; Iapóniam univérsam igne ferróque vas-
tárum, et pretioso christianórum sanguine
omnia complevérunt.

Lectio V.

Inter eos quippe plurimi recenséntur qui rerum omnium vitæque ipsius jactúram facere maluérunt quam professam Deo fidem úl latenue desérere. Verum, tanto illuc debac cante furōre, de ómnibus et singulis aposto lica satis inquiri auctoritate non pótuit. Du centi nihilominus et quinque legítimis in tábulis habéntur conscripti, quorum líquido patet pro Christo martyrium. Quod illi sane ab anno millésimo sexcentésimo décimo séptimo ad trigesimum et secundum, qua tempes tate violentior turbo in Iapónia coórtus est, adeo stréne variisque modis passi sunt; ut præclara fortitúdinis exempla quæ in priscis ecclesiæ persecutionibus obtinuérunt omnino renovárint. Inter eos autem præter aposto licos viros inveniuntur dynastes regia progénie, matronæ opibus floréntes, téneræ virgines, senes longævi, adolescentes ingénui, pueri puellæque, imo et infantes atque lactentes. Isti vel capite plexi, vel igne combústi, vel cruci adfixi, vel sulphureis gelidisve demer si aquis, vel omnigenis alternisque doloribus comfectedi sunt.

Lectio VI.

Ex ipsis porro christiáni nominis assertóri bus quadraginta fuerun e Seraphica sancti Patris nostri Francisci família; primi nempe Ordinis Hispani decem, sex Iaponenses, unus Belga, unusque Mexicanus: tertii autem Ordinis Confrátres novéndecim, tresque Soróres, omnes in Iapónia orti. Hos inter éminent Apollinaris Franco Ordinis Commissarius, Petrus ab Assumptione, Ricardus a sancta Anna, Petrus de Avila, Ludovicus Sotélo Iaponiensium ad Cathólicum regem, summum que Pontíficem jam legatus, et Iapóniae Episcopus electus, Franciscus a Sancta Maria, et Antónius a sancto Bonaventura. Neque prætereunda est Lucia Fleites tertio Seraphico Ordini adscripta; quæ, licet octogenaria, cruce preferens, et litanias decántans, lætissimo vultu ad supplicium procéssit, mediisque in flammis nunquam cessavit Dei præcínere laudes infideliumque perfidiam redargüere. Horum fidei athletarum causam, quam Benedictus decimus quartus celiberrimam nuncu pavit, Pius nonus feliciter absolvit; eosque nonis Julii anni millésimi octingentésimi sexa-

gésimi septimi, Beatorum fastis solemniter adcripsit.

IN III NOCTURNO.

Lectio VIII.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHEUM.

Cap. V.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Beati qui persecutiōnem patiūntur propter justitiā; quoniam ipsōrum est regnum cœlorum. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardini Senensis. *Ex Serm. de octava beatitudine.*

Tria sunt, quæ martyrem efficiunt: poena, causa et perseverantia; seu supplicium, motívum et præmium. Primum est poena seu supplicium; et de hoc dicit: Beati, qui persecutiōnem patuēntur. Triplicem enim persecutiōnem justus quilibet pati potest: primam in substantia, secundam in fama, tertiam in persóna. Et de talibus ad Hebræos Apostolus ait: Alii ludibria et vérbera experti sunt, insuper et víncula et carceres; lapidati sunt secti sunt, tentati sunt, in occisiōne gládii mortui sunt. Circuiérunt in melótis et in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti; quibus dignus non erat musdus.

Lectio VIII.

Secundum quidem, quod martyrem facit, est causa seu motívum; et de hoc Dóminus subdit, propter justitiā. Non enim tantum dixit, qui patiūntur; sed addibit propter justitiā. Triplex est justitia, propter quam patitur justus; prima est justitia fidelitatis, secunda est justitia moralitatis, tertia est justitia caritatis. Ex eo quidem patientia opus dicitur habere perfectum, quia per ipsum Dei et proximi dilectio vera examinatur; et quanta insit, cognoscitur manifeste. Quanta charitaté Christo jungimur, monstrat patientia in adversis ne se Jungamus. Proinde Apóstolus ad Románus ait: Certus sum namque, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principátus, neque Virtutes, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia póterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.

Lectio IX.

Tertium vero, quod mántyrem facit, est perseverantia, seu præmium, aut perseverantiae præmium. Propterea Dóminus subdit:

—20—

Quoniam ipsorum est regnum cælorum. Possessorie quidem promittitur primæ et ultimæ beatitudini regnum cælorum: primo propter affectionem, secundo propter afflictionem, tertio propter comprehensionem. Primo propter affectionem; nam sicut per paupertatem, per viam abdicationis omnium mundanorum, exit homo quasi de hoc mundo, ut se statuat in altiori seculo, seu regno; sic per sufferentiam martyrii exit homo mentaliter et corporaliter de hoc mundo, ac de sua corporali vita, ut vada ad altius seculum, seu regnum. Quod nobis per sanctissimam passionem suam et crux largiri dignetur exemplar omnis patientie Dominus Jesus Christus: cui cum Patri et Spiritu Sancto est benedictio, et claritas et sapientia et gratiarum actio, honor, virtus et fortitudo in secula seculorum. Amen.

—21—

DIE 6 OCTOBRIS.

S. MARIA FRANCISCA A VULNERIBUS D. N. I. C.
VIRGINIS III. ORDINIS.

DUPLEX 2 CLASSIS.

In Vesperis et Laudibus vers. Ora pro nobis.

ADDITIONE AD VI LECTIÖNEM.

Pius vero nonus anno millésimo octingentesimo sexagesimo séptimo sanctorum fastis adscripsit.

DIE 29 OCTOBRIS.

B. PAULÆ MANTUANÆ.

VIRGINIS II. ORDINIS.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
DUPLEX MINUS.

Omn. de Comm. Virg. præter seq.

ORATIO.

Deus, qui beatam Paulam virginem Crucifixi Filii tuí poenas assídua meditatione recolentem puritatis nobis, et poenitentiæ exemplar præbuisti: concéde propítius; ut, ejus intercessione, carnem crucifigentes, in ampléxu Dominicæ crucis feliciter exspirare possimus. Per eundem Dúminum.

IN I. NOCT. LECTIO NES DE SCRIPT. OCURR.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Montaldi prope Mántuanam nata est piis et honestis parentibus Paula Montaldia. Integritate vitæ singularique modéstia et morum

candore præcélens ab ipsa pueritia rerum divinarum amore vehementer afficiebatur: ex quo passim sanctæ appellatiōne insignita, incolarum omnium admiratiōne in se et obséquia convertébat. Magis in dies mortales illęcebras et secularia blandimenta fastidiens brevi contigit, ut páternam domum deséreret, ac Sororibus sanctæ Clarae in coenobio Mantuano sanctæ Luciae nomen daret. Monasticum habitum induit anno millésimo quadragesimo quinquagésimo octavo, cum déci-mum quintum ipsa tantum explésset; tum vero altero elápsῳ anno omnium gratulatiōne ac suffrāgiis solemnia vota uncupavit. Ad perfectionis culmen mirum quantum intra claustra, corporis animique collatis viribus, contenderit. Contemplationi cœlestium assidue intenta, tantam ex divino congréssu excipiēbat gratiarum cópiam, tantoque aestuabat caritatis ardore, ut sibi temperare non valens exterius etiam novum in modum effundere.

Lectio V.

Poenitentiae christiane artibus ut sumet affligeret ad extrémum usque spíritum usa est. Longo jejunio, vigiliis, verberatione corpus macerabat; quorum rigore fracta, cum danda membris quies necessario foret saxo caput inclinata nuda humo cubare consuevit. Ad motus quoscumque animi moderandos, coercendosque sensus non intermisso spiritu incubuit. Octiosis mentis evagatiōibus aditum occludens continuo pene allōquio et consortio Dei fruebatur. Sermōnibus enim de divinis protractis saepe siebat ut extra se rapi videbatur. Licet autem charismatum donis et virtutibus omnibus fulgeret, infimam se omnium putabat. Ejus tamen virtutes miratae Moniales ter in antistitiam sibi elegērunt, quo in munere monasterii incremento et monialium perfectioni profuit suavitate, prudentia atque humilitate pari; qua vilissima quævis officia, quibus vel à primo in religiōnem ingressu se quodammodo manciparāt, magisterium tenens obire non intermisit.

Lectio VI.

Divina Charitate flagrans ita sibi ac suis pro virili studuit, ut etiam extra monasterium in aliorum salutem operam impénderet. Cum enim de virtutibus ejus fama manaret latius, complures ejus claustrum ventitabant, quibus praesto aderat consiliis, hortationibus, precibus efficaciter ad Deum fusis. Tan sa lutare sanctitatis exemplar exosus humani generis hostis in eam tela omnia conjecit, at frustra. Nulla enim tentationum fraude irretita abditos quosque et apertos conatus plane victrix profligavit. Itaque quotidie magis in virtute proficiens, diurna vexatione corporis potius quam senio confecta, postquam se rite sacramentis ecclesiae muniūset septuagenaria major placidissime efflavit animam decimo quinto calendas Septembri anno millésimo quingentésimo decimo quarto. Incorruptum ejus corpus propter populares motus ac regnorum vicissitudines hac illac summo studio translatum, tandem a Volentesibus sua orbari cive indigne ferentibus triumphali pompa in patriam transvectum est, locoque affabre extructo sub altari sacelli Beatæ Virgini sacro reconditum, ubi religiose

servatur adhuc et colitur. Quare cultum ejus antiquum adeo et propagatum, atque Episcoporum auctoritate probatum, Pius nonus pontifex maximus suo decreto octavo idus Septembbris edito anno millésimo octingentésimo sexagesimo sexto confirmavit.

In III Nocturno.

Homilia. — Sæpe vos fratres.

DIE 26 NOVEMBRIS.

S. LEONARDI A PORTU MAURITIO C. I. O.

DUPLEX 2 CLASSES.

In Vesperis et Laudib. V Ora pro nobis.

ADDITIONE AD VI LECTIÖNEM.

Pius autem nonus pontifex maximus festis secularibus Petri et Pauli Apostolorum principum anno millésimo octingentésimo sexagesimo séptimo solemní ritu adstantibus episcopis orbis universi sanctorum fastis inscripsit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



ELOGIA PRO MARTIROLOGIO ORDINIS.

7 Aprilis.

Aquilæ in Aprutio beatæ Antoniae a Florentiae monasterii Aquilani Corporis Christi ad primam sanctæ Claræ regulam fundatrixis, et prioris abbatissæ vitæ sanctitate celebris.

7 Junii.

Avenioneti in Gallia beatorum Stephani, et Raymundi. Ordinis Minorum, ac sociorum, qui minus Inquisitorum strenue obeuentes in Tolosana diecesi, ab hæreticis Albigensibus insidiose comprehensi, ac gladio transfixi gloriosa morte in Domino quievunt.

9 Julii.

Brielae in Hollandia, passio novemdecim martyrum Gorcomiensium nuncupatorum, qui rurundecim ex Ordine Minorum, videlicet Nicolaus Pikius conventus Gorcomensis Guardianus, Hieronymus Vicarius, cum aliis novem fratribus ejusdem conventus, qui ob tuendam ecclæsiæ romanæ autoritatem, et realem Christi in Eucaristia præsentiam, a

Calvinianis hæreticis varia ludibria et tormenta perpessi, extremo suppicio martyrium consummarunt. Hos Pius papa nonus anno millesimo octingentesimo sexagesimo septimo sanctis martyribus accensuit.

12 Septembris.

In Iaponia, biscentum et quinque martyrum, ex quibus quadraginta Franciscales, octodecim nempe primi Ordinis et viginti duo tertii, quos omnes Pius papa nonus anno millesimo octingentesimo sexagesimo septimo nonis Iulii beatorum albo accensuit.

6 Octobris.

Neapoli depositio sanctæ Mariæ Franciscæ a vulneribus Domini nostri Jesu Christi virginis tertii Ordinis sancti patris nostri Francisci, quæ virtutibus et miraculis clara a Pio papa nono sanctis virginibus adscripta est.

29 Octobris.

Mantuæ, beatæ Paulæ de Monte alto virginis secundi Ordinis, sanctitate et signis admirandis gloriasæ.

—30—

26 Novembris.

Romæ, sancti Leonardi a Portu Mauriti Ordinis Minorum, confessoris, scritioris Observantiae sacri recessus, missionarii apostolici quadraginta quatuor annorum intervallo per plurimas Italæ, ac universas ditionis pontificiæ regiones, uberrimis saeræ prædicatiois fructibus, omnigena virtute ac miraculis clari; a Pio sexto inter beatos, a Pio nono solemnibus secularibus Petri et Pauli apostolorum principum inter sanctos relati.

—31—

DECRETUM GENERALE.

Quum nonnulli Rmi. per Orbem Ordinarii pluries exquisierint, et modo a Sancta Sede exquirant, utrum quarto Idus Novembris in Ecclesia universalis Festum Sancti Andreæ Avellini Confessoris recoli debeat ritu dupli- ci minori, quem præseferunt recentiores editiones Breviarii et Misalis Romani, subscrip- tus Secretarius Sacrorum Rituum Congregationis, sui munera esse duxit Sanctissimi Domini Nostri Pii Papæ IX desuper exposcere oraculum. Sanctitas porro Sua clementer declaravit, ut amodo Festum Sancti Andreæ Avellini Confessoris ab utroque Clero Urbis et Orbis, ipsis non exclusis Sanctimonialibus, agatur ritu dupli minori, quem obtinet in Alma Urbe, et in pluribus Dioecesisibus, dummodo Rubricæ serventur. Contrariis non obstantibus quibus cumque. Die 21 Januarii 1864.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



DIRECCIÓN GENERAL DE



DIRECCIÓN GENERAL DE

18

DIE XXVII APRILIS

IN FESTO

B. JOANNAE MARIAE DE MAILLE

VID. III ORD.

SIMPLEX.

ORATIO.

Domine Jesu Christe, humilitatis et charitatis amator, qui Beatam Joannam Mariam tuo amore succensam coelestibus donis cumulasti et prospera mundi despicere docuisti; da ut quam festiva celebitate veneramur, humilitate, charitate et rerum terrenarum contemptu imitemur. Qui vivis etc.

LECTIO IX.

Joanna Maria de Mallaeo, prænobilibus orta natalibus, in castro de Rupe Sancti Quintini diœcesis. Turoneusis primas haust mortalis vitæ auras. Statim a pueritia Dei benedictionibus præventa appariuit, jamque decennis, vanos fugiens, sacros pro solatio legebat libros, et doctum e Minoritico Ordine conscientia moderatorem nacta, jejuniis, vigiliis, orationi ac omni pietatis culturæ intenta fuit. Parentum voluntati humiliiter obtemperans, religioso æque ac nobili adolescenti nupsit, quem et custodem, uti fertur, suæ virginitatis, et in charitatis operibus socium habuit. Eo post sexdecim annos

pie vita functo, cum a plerisque appeteretur dynastis, castitatem in sui Antistitis manibus Deo vovit, et Beatissima Dei Matris instinctu tertii Seraphici Ordinis habitum et regulam suscepit. Hinc terrenis bonis abdicatis, tantam vel suorum subiit invidiam ut ab omnibus rejecta ad plures annos in solitudine hac et illac emendicatis alimentis, in omnigenis excolendis virtutibus vitam traduxerit. Turonibus postremo consistens in angustam cellam prope Minorum aedes recessit, ubi quoad vixit divinis officiis in eorum templo adesse, noctes orando agere, herbarum crudarum cibum et aquæ potum adhibere, cilicio torquere membra, peccatores ad Deum reducere, carceribus detentos inviseri, ægrotis inseruire omnibus benefacere in deliciis habuit. Angelorum pane quam frequentissime refecta, instar vernantis rosæ rubescere vultu ac suavissima carmina proferre solita erat. In recolenda Christi Domini passione uberioribus interdum lacrymis perfundebatur, saepiusque ingeminabat verba: Vulnera quinque Dei sint medicina mei. Pro Christianorum unione ac pace, magni schismatis tempore, cunctos ad preces hortabatur; commendans Deo, præ aliis, divini verbi precones, dicendo: Pone, Domine, verba tua in ore ipsorum sicut promisisti. Tot denique cumulata meritis, miraculorum etiam dono decora ta, et sacris refecta, quinto kalendas Aprilis, anno millesimo quadringentesimo decimo quarto, ætatis octogesimo secundo, in cœlum evolavit; ejusque corpus veste Clarissarum indutum, et in Ordinis sui templum illatum omni squalore deposito, pristinum juventutis decus subito recepit. Sacrum cultum ei a populis sine intermissione exhibitum Pius Nonus Pontifex Maximus decreto Apostolico confirmavit, ac festo cum Officio et Missa benigne auxit.

OFFICIUM NOVISSIMUM

IN FESTO

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

BEATÆ MARÍÆ VIRGINIS,

PII IX PONTIFICIS MAXIMI JUSSU,

A VENERABILI CLERO SÆCULARI ET REGULARI

IN TOTO ORBE

UNICE RECITANDUM.



MEXICI: MDCCCLXIV.

Ex Typographia M. Murgná, in via [vulgo] Portal del Aguila de Oro.

pie vita functo, cum a plerisque appeteretur dynastis, castitatem in sui Antistitis manibus Deo vovit, et Beatissima Dei Matris instinctu tertii Seraphici Ordinis habitum et regulam suscepit. Hinc terrenis bonis abdicatis, tantam vel suorum subiit invidiam ut ab omnibus rejecta ad plures annos in solitudine hac et illac emendicatis alimentis, in omnigenis excolendis virtutibus vitam traduxerit. Turonibus postremo consistens in angustam cellam prope Minorum aedes recessit, ubi quoad vixit divinis officiis in eorum templo adesse, noctes orando agere, herbarum crudarum cibum et aquæ potum adhibere, cilicio torquere membra, peccatores ad Deum reducere, carceribus detentos inviseri, ægrotis inseruire omnibus benefacere in deliciis habuit. Angelorum pane quam frequentissime refecta, instar vernantis rosæ rubescere vultu ac suavissima carmina proferre solita erat. In recolenda Christi Domini passione uberioribus interdum lacrymis perfundebatur, saepiusque ingeminabat verba: Vulnera quinque Dei sint medicina mei. Pro Christianorum unione ac pace, magni schismatis tempore, cunctos ad preces hortabatur; commendans Deo, præ aliis, divini verbi precones, dicendo: Pone, Domine, verba tua in ore ipsorum sicut promisisti. Tot denique cumulata meritis, miraculorum etiam dono decorata, et sacris refecta, quinto kalendas Aprilis, anno millesimo quadringentesimo decimo quarto, ætatis octogesimo secundo, in cœlum evolavit; ejusque corpus veste Clarissarum indutum, et in Ordinis sui templum illatum omni squalore deposito, pristinum juventutis decus subito recepit. Sacrum cultum ei a populis sine intermissione exhibitum Pius Nonus Pontifex Maximus decreto Apostolico confirmavit, ac festo cum Officio et Missa benigne auxit.

OFFICIUM NOVISSIMUM

IN FESTO

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

BEATÆ MARÍÆ VIRGINIS,

PII IX PONTIFICIS MAXIMI JUSSU,

A VENERABILI CLERO SÆCULARI ET REGULARI

IN TOTO ORBE

UNICE RECITANDUM.



MEXICI: MDCCCLXIV.

Ex Typographia M. Murgná, in via [vulgo] Portal del Aguila de Oro.

— 3 —

DIE VIII. DECEMBRIS.

IN SOLEMNITATE

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

BEATÆ MARLÆ VIRGINIS

NOSTRI SERAPHICI ORDINIS PATRONÆ.

DUPLEX I. CLASSIS CUM OCTAVA.

IN I VESPERIS.

Ant. et Capitulum de Laud. Psalmi et reliqua hic non propria ut in Festis B. M. V. per annum.

¶ *Immaculata Conceptio est hodie sanctæ Mariæ Virginis.*

R *Quæ serpētis caput virgíneo pede contrivit.*

Ad Magnificat. Ant. Beatam me dicent omnes generationes quia fecit mihi magna qui potens est Alleluja.

Oratio ut ad Laudes.

Et fit tantum commemor. Feria.

Ad complet. et alias Horas in fine Hymnorū dicitur: Jesu tibi sit gloria, per totam Octavam



DIRECCIÓN GENERAL DE

Sor M^a Cayetana teresa con licencia

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Immaculatam Conceptiō-
nem Virginis Mariæ celebrēmus. * Christum
eius filium adorēmus Dóminum.

Psalm. Venite exultēmus.

Hymnus.

Praeclara custos virginum
Intacta mater Numinis,
Caellestis aulæ jana,
Spes nostra, cœli gaudium.
Inter rubeta lilium,
Columba formossissima,
Virga e radice germinans
Nostro medelan vulnieri.
Turris draconis impervia,
Amica stella naufragis,
Tuere nos a fraudibus,
Tuaque luce dirige.
Erroris umbras discute,
Syrtes dolosas amove,
Fluctus tot inter, devils
Tutam reclude sémitam.

Jesu, tibi sit glória
Qui natus es de Virgine
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. Admirabile est nomen tuum, Dó-
mine, in univéra terra quia in Vírgine Ma-
ria dignum tibi habitaculum præparasti.

Psal. ut in Fest. B. M. V. per ann.

Ant. In sole pósuit Deus tabernáculum
suum.

Ant. In Conceptione sua accépit María
benedictiōnem a Dómino et misericordiam
a Deo salutáre suo.

V. Deus omnipotens præcínxit me vir-
tute.

R. Et pósuit immaculatam viam meam.

DE LIBRO GENESIS.

Lectio 1. Cap. 3.

Serpens erat callidior cunctis animánti-
bus terræ, quæ fécerat Dóminus Deus. Qui
dixit ad mulierem: Cur præcépit yobis Deus
ut non comederéatis de omni ligno paradisi?

Cui respóndit múlier: De fructu lignórum, quæ sunt in paradíso, vescimur: de fructu vero ligni, quod est in médio paradísi, præcépit nobis Deus ne comedérémus: et ne tangerémus illud, ne forte moriámur. Dixit autem serpens ad muliérem: Nequáquam morte moriémini. Scit enim Deus quod in quocúmque die comedérítis ex eo, apérientur óculi vestri: et éritis sicut dii, sciéntes bonum et malum.

R. Per unum hominem pecátum in hunc mundum intrávit in quo omnes peccavérunt. * Ne tímeas María invenisti gratiā apud Deum.

V. Eríput Dóminus ánimam tuam de morte, et contra inimicum factus est protéctor tuus. Ne tímeas.

Lectio II.

Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescéndum, et pulchrum óculis, aspectúque delectáibile: et tulit de fructu illius, et comedit: deditque viro suo, qui comedit. Et aperti sunt óculi ambórum: cumque cognovissent se esse nudos, consuérunt folia ficus, et fecerunt sibi perizómata. Et cum audíssent vocem Dómini Dei deambulantis in paradíso ad auram post meridiem,

abscóndit se Adam et uxor ejus a fácie Domini Dei in médio ligni paradísi.

R. Transite ad me omnes qui concupis-
citis me; * Et narrábo vobis quanta fecit
Deus animæ meæ.

V. Vivit Dóminus quoniam adimplévit
in me misericordiam suam. Et narrábo
vobis.

Lectio III.

Vocavitque Dóminus Deus Adam, et dixit
ei: Ubi es? Qui ait: Vocen tuam audivi in
paradíso: et timui, eo quod nudus essem, et
abscóndi me. Cui dixit: Quis enim indicá-
vit tibi quod nudus essem, nisi quod ex lig-
no, de quo præcéperam tibi ne comederes,
comedísti? Dixítque Adam: Múlier, quam
dedísti mihi sóciam, dedit mihi de ligno, et
comedi. Et dixit Dóminus Deus ad mulié-
rem: Quare hoc fecísti? Quæ respóndit: Ser-
pens cecépit me, et comédi. Et ait Dóminus
Deus ad serpéntem: Quia fecísti hoc, male-
dictus es inter omnia animántia, et béstias
terræ: super pectus tuum gradieris, et terran
comedes cunctis diébus vitæ tuæ. Inimicítias
ponam inter te et muliérem, et semen tuum
et semen illius: ipsa cónteret caput tuum,
et tu insidiáberis calcáneo ejus.

— 8 —

R. Elécta mea cándida sicut nix in Líbano; sicut fabus distíllans lábia ejus; * Mel et lac sub lingua illius.

V. Veni de Líbano sponsa mea, veni corona beris corona gratiarum, Mel. Glória. Mel.

IN II. NOCTURNO.

Ant. Diffusa est grácia in Concéptione ejus, et speciosa apparuit inter filias hóminum.

Ant. Adjúvit eam Deus mane dilúculo; sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Ant. Gioriosa dicta sunt de te, civitas Dei; fundávit te Dóminus in móntibus sanctis.

V. In hoc cognóvit quoniám voluiste me.

R. Quoniám non gaudébit inimicus meus super me.

SERMO SANTII HIERONYMI PRESBYTERI

De Assumpt. B. M. V.

Lectio IV.

Qualis et quanta esset beata, et gloriosa semper Virgo María, ab Angelo divinitus declaratur, cum dicitur: Ave gratia plena, Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

— 9 —

Talibus namque decebat Virginem oppig-norari muneribus, ut esset gratia plena, quæ dedit cœlis gloriam, terris Dominum, pacemque refudit, fidem Gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Et bene plena, quia ceteris per partes præstat. Mariæ vero simul se tota infudit plenitudo gratiæ. Vere plena, quia etsi in sanctis Patribus, et Prophetis gratiam fuisse creditur: non tamen eatenus plena: in Mariam vero totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit, quamquam aliter. Et ideo inquit, Benedicta tu in mulieribus: id est, plus benedicta quam omnes mulieres. Ac per hoc quidquid maledictionis infusum est per Hevam, totum abstulit benedictio Mariæ. De ipsa Salomon in Canticis, quasi in laudem ejus: Veni, inquit, columba mea, immaculata mea. Jam enim hiems transiit, imber abiit, et recessit. Ac deinde inquit: Veni de Líbano, veni coronaberis.

R. Ego ex ore Altissimi prodivi, primo-genita ante omnem creaturam: ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens. * Non-dum eran abyssi, et ego jam concepta eram.

V. Deus enim creavit me in justitia, et apprehendit manum meam, et servavit me. Nondum

Lectio V.

Non immerito igitur venire de Libano iubetur, quia Libanus candidatio interpretatur. Erat enim candidata multis meritorum virtutibus, et dealbata nive candidior: Spiritus Sancti muneribus, simplicitatem columbae in omnibus repräsentans, quoniam quidquid in ea gestum est, totum puritas et simplicitas, totum veritas et gratia fuit, totum misericordia et justitia, quæ de cœlo prespexit: et ideo immaculata, quia in nullo corrupta. Circumdedit enim virum in utero, sicut Ieremias sanctus testatur, et non aliunde accepit. Faciet, inquit, Dominus novum super terram, et mulier circumdabit virum. Vere novum, et omnium notitatum superéminens novitas virtutum, quando Deus (quem ferre non potest mundus, neque videre aliquis ut vivere possit) sic ingressus est hospitium ventris, ut corporis claustrum nesciret: sicque gestatus ut totus Deus in eo esset: et sic exivit inde, ut esset (sicut Ezechiel fatetur) porta omnino clausa. Unde canitur in eisdem Canticis de ea: Hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus. Vere hor-tus deliciarum, in quo consita sunt univer-

sa florum genera, et odoramenta virtutum: sicque conclusus ut nesciat violari, neque corrupti ullis insidiarum fraudibus. Fons itaque signatus sigillo totius Trinitatis.

B. Nihil inquinatum in eam incurrit: * Candor est lucis æternæ et speculum sine macula.

V. Est enim haec speciosor sole, et luci comparata invenitur purior. Candor est.

Lectio VI.

Deiparæ autem Virginis in sua Conceptione de tetricimo humani generis hoste victoriā, quam divina eloquia, veneranda traditio, perpetuus Ecclesiæ sensus, singularis Episcoporum ac fidelium conspiratio, insignia quoque summorum Pontificum acta atque Constitutiones mirifice jam illustrabant; Pius Nonus Pontifex Maximus totius Ecclesiæ votis annuens statuit supremo suo atque infallibili oraculo solemniter proclamare. Itaque Sexto idus Decembris anni millesimi octingentesimi quinquagesimi quarti, in Basilica Vaticana, ingenti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Patrum Cardinalium, et Episcoporum ex dissitis etiam regionibus adstante cœtu, universoque plaudente orbe, solemniter pronunciavit ac definitivit:

— 12 —

Doctrinam quæ tenet beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suæ Conceptionis fuisse, singulari Dei privilegio, ab omni originalis culpe labे præservatan immūnem, esse a Deo revelatam, ac proinde ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam.

B. Signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta sole, et luna sub pedibus ejus:
* Et in capite ejus corona stellarum duodecim.

V. Induit eam Dominus vestimentis salutis: indumento justitiae, et quasi sponsam ornavit eam monilibus suis. Et in capti. Gloria. Et in capite.

IN III. NOCTURNO,

Ant. Sanctimonia et magnificentia in Conceptione ejus: annuntiate in omnibus populis gloriam ejus.

Ant. Laetamini omnes in Domino: et confitemini memoriae sanctitatis ejus.

Ant. Notum fecit Dominus opus suum: in conspectu gentium revelavit gloriam genitricis sueæ.

V. Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me.

B. Nec delectasti inimicos meos super me.

— 13 —

LECTIO SANCTI EVANGELII

SECUNDUM LUCAM.

Lectio VII.

Cap. 1.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in Civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam Viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliqua.

HOMILIA SANCTI GERMANI EPISCOPI.

In Præsent. Deiparae.

Ave Maria gratia plena, sanctis sanctior,[®] et cœlis excelsior, et Cherubim glriosior, et Seraphim honorabilior, et super omnem creaturam venerabilior. Ave, columba quæ nobis et fructum fers olivæ, et servatorem a spiritali diluvio, ac portum salutis annuntias, cuius penæ deargentatae, et posteriora dorsi in pallori auri sanctissimi et illumi-

nantis Sp̄iritus fulgore irradiantur. Ave amoenissimus et rationalis Dei paradiſus, benevolentissima et omnipotenti ejusdem dextra hodie ad orientem plantatus, et ipsi suave olens liliū, et rosam immarcescibilem germinans in eorum medelam, qui pestiferam animāque exitiale amaritudinem mortis ad occidentem ebiberant: paradiſus, in quo ad veritatis agnitionem lignum vivificum efflorescit, e quo qui gustaverint, immortalitatem consequuntur. Ave sacrosancte ædificatum, immaculatum purissimumque Dei summi Regis palatium, ejusdem Dei Regis magnificētia circumornatum, omnesque hospitio recipiens, ac mysticis reficiens deliciis; in quo non manufactus et vario decore nitens situs est spiritualis sponsi thalamus; in quo Verbum errantem humanam stirpem revocare volens, carnem sibi despōnsavit, ut eos, qui voluntate propria extores facti fuerant, Patri reconciliaret.

R Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus; * Emissiones tuæ Paradiſus o Maria.

V. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Emissiones tuæ.

Lectio VIII.

Ave Dei mons præpinguis et umbrosus, in quo enutritus agnus rationalis peccata atque infirmitates nostras portavit: mons, e quo devolutus ille, nulla manu præcisus lapis, contrivit aras idolorum, et factus est in caput anguli, mirabilis in oculis nostris. Ave sanctus Dei thronus, divinum donarium, domus gloriæ, per pulchrum ornamentum, cimelium electum, et totius orbis propitiatorium, cœlumque Dei gloriam enarrans. Ave urna ex puro auro conflata, et suavis simam animarum nostrarum dulcedinem, Christum scilicet, qui manna est, continens. O purissima et omni laude et obsequio dignissima Virgo, Deo dicatum donarium omni creaturarum conditioni praezellens, terra non secta, in aratus ager, vitis floridissima, fons aquas effundens, virgo generans, et mater viri nescia, innocentiae thesaurus absconditus, et sanctimoniacus decus; acceptissimis tuis ac materna auctoritate validis precibus ad Dominum ac Deum omnium conditorem Filium tuum ex te sine patre genitum, ecclesiastici ordinis gubern-

nacula fac dirigas, et ad portum tranquillum perducas.

R. Magnificat anima mea Dominum; *
Quia fecit mihi magna qui potens est, et
sanctum nomen ejus.

V. Ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes. Quia fecit. Gloria Pa-
tri. Quia fecit.

Lectio IX.

Sacerdotes justitia, et probatae, immaculate ac sinceræ fidei exultatione splendi-
dissime induito. Orthodoxis Principibus, qui
præ omni purpuræ aut auri splendore, et
præ margaritis ac lapidibus pretiosis, te-
naci sunt diadema et indumentum ac fir-
missimum regni sui ornamentum, in tran-
quillo ac prospero statu sceptra dirige. Ma-
le fidias nationes in te ac Deum ex te geni-
tum blasphemantes, eorum pedibus sternens
subjecto: subjectumque populum, ut secun-
dum Dei præceptum in suavi obedientiae ob-
sequio perseveret, confirmato. Tuam hanc
civitatem, quæ te tanquam turrim ac funda-
mentum habet, victoriae triumphis corona-
to, et fortitudine circumcingens custodito
De habitationem, templi decorem semper

conservato; laudatores tuos ab omni discri-
mine et animi angore exime; captivis re-
demptionem tribuito; peregrinis tecto, et
quovis praesidio destitutis, solamen te ex-
hibe. Universo mundo auxiliatricem ma-
num tuam porrige, ut in laetitia et exulta-
tione solemnitates tuas simul cum ista,
quam modo celebramus, festivitate splen-
didissimo exitu transigamus in Christo Jesu
universorum Rege ac vero Deo nostro, cui
gloria et fortitudo una cum Sancto vitaeque
principio Patre, et coaeterno et consub-
stantiali et conregnante Spiritu, nunc et
semper et in saecula saeculorum. Amen.

Te Deum.

AD LAUDES.

et per Horas, Antiphonæ.

Tota pulchra es Maria, et macula origi-
nalis non est in te.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquis
de Dominicis.

Ant. Vestimentum tuum candidum qua-
si nix, et facies tua sicut sol.

— 18 —

Ant. Tu gloria Jerusalem, tu laetitia Is-
rael, tu honorificentia populi nostri.
Ant. Benedicta es tu, Virgo Mara, ai-
Domino Deo excelso prae omnibus mulie-
ribus super terram.

Ant. Trahe nos Virgo immaculata, post
te curremus in odorem unguentorum tuo-
rum.

Capitulum. *Prov. 8.*

Dominus possedit me in initio viarum
suarum, antequam quidquam ficeret a prin-
cipio. Ab aeterno ordinata sum, et ex an-
tiquis antequam terra fieret. Nondum erant
abyssi et ego jam concepta eram.

Hymnus. O gloriosa.

V. Immaculata Conceptio est hodie Sanc-
tae Mariae Virginis.

B. Quae serpentis caput virgineo pede
contrivit.

Ad Benedictus Ant. Ait Dominus Deus
ad serpentem: inimicitias ponam inter te
et Mulierem, et semen tuum et semen illius:
ipsa conteret caput tuum. Alleluja.

— 19 —

Oratio.

Deus, qui per Inmaculatam Virginis Con-
ceptionem dignum Filio tuo habitaculum
praeparasti; quaesumus, ut qui ex morte
ejusdem Filii tui praebisa, eam ab omni la-
be praeservasti, nos quoque mundus ejus
intercesione, ad te pervenire concedas. Per
eudem Dominum.

Ad Primam.

In. *R.* breve dicitur. *V.* Quia natus es de
Maria Virgine, etiam per totam Octavam.

Ad Tertiam.

Ant. Vestimentum tuum.

Capitulum ut ad Laudes.

R. *br.* Deus omnipotens * Præcinxit me
virtute. Deus omnipotens.

V. Et posuit immaculatam viam meam.
Præcinxit. Gloria Patri. Deus omnipotens.

— 20 —

V. In hoc cognovi quoniam voluiste me.
R. Quoniam non gaudebit inimicus meus
super me.

Ad Sextam.

Ant. Tu gloria Jerusalem.

Capitulum.

Ezech. 44.

Porta haec clausa erit: non aperietur, et
vir non intrabit per eam, quoniam Dominus
Deus Israel ingressus est per eam, eritque
clausa Principi. Princeps ipse sedebit
in ea.

R. br. In hoc cognovi, * Quoniam vo-
luisti me. In hoc cognovi.

V. Quoniam non gaudebit inimicus meus
super me. Quoniam voluisti. Gloria Patri.
In hoc cognovi.

V. Exaltabo te, Domine, quoniam sus-
cepisti me.

R. Nec delectasti inimicos meos super
me.

Ad Nonam.

Ant. Trahe nos.

Capitulum.

Apoc. 12.

Signum magnum apparuit in cœlo: Mu-
lier amicta sole, et luna sub pedibus ejus,

— 21 —

et in capite ejus corona stellarum duode-
cim.

R. br. Exaltabo te Domine. * Quoniam
suscepisti me. Exaltabo.

V. Nec delectasti inimicos meos super
me. Quoniam. Gloria Patri. Exaltabo.

V. Immaculata Conceptio tua Dei Geni-
trix virgo.

R. Gaudium annuntiavit universo mun-
do.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis. Ad. Magnificat. Ant.

Hodie egressa est virga de radice Jesse:
hodie sine ulla peccati labe concepta est
Maria: hodie contritum est ab ea caput ser-
pentis antiqui. Alleluja.

Et fit commemoration Feria.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®

DIE XV. OCTAVA

IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. M. V.

Duplex minus.

Omnia ut in Festo præter Lect. II. et III.

Noct.

Et fit comm. S. Gregorii.

Ana. Amavit. V. Justum. Oratio ut in die, et Feria.

Lect. I. Noct. de Script. occur.

Si hac die occur. Feria IV. Quatuor Tempor. Lect. I. Noct. leguntur ut in die Festi, et Lect. IX de Homilia Feriae.

IN II. NOCTURNO.

EX BULLA DOGMATICA PII PAPÆ NONI.

Lectio IV.

Ab antiquis temporibus Sacrorum Antistites, Ecclesiastici viri, Regulares Ordines ac vel ipse Imperatores et Reges ab hac Apostolica Sede enixe efflagitarunt, ut Inmaculata sanctissimæ Dei Genetricis Cen-

tio veluti catholicae fidei dogma definiretur. Quæ postulationes hac nostra quoque ætate iteratæ fuerunt, ac potissimum felicis recordationis Gregorio decimo sexto Prædecessori nostro, ac nobis ipsis oblatæ sunt tum ab Episcopis, tum a Clero Sæculari, tum a Religiosis Familias, ac summis Principibus et fidelibus populis. Nos itaque singulari animi nostri gaudio hæc omnia probe noscentes, ac serio considerantes, vix dum, licet immeriti, arcano divinæ Providentiae consilio ad hanc sublimem Petri Cathedram evecsti totius Ecclesiae gubernacula tractanda suscepimus, nihil certe antiquius habuimus, quam pro summa nostra vel a teneris annis erga sanctissiman Dei Genitricem Virginem Mariam veneratione, pietate et affectu ea omnia peragere, quæ adhuc in Ecclesiae votis esse poterant, ut beatissimae Virginis honor augeretur, ejusque praerogativæ uberiori luce nitèrent.

B. Ego ex ore Altissimi.

Lectio V.

Itaque plurimum in Domino confisi advenisse temporum opportunitatem pro Immaculata sanctissimæ Dei Genetricis Vir-

ginis Mariae Conceptione definienda, quam divina eloquia, veneranda traditio, perpetuus Ecclesiae sensus, singularis catholicorum Antistitum ac fidelium conspiratio, et insignia. Praedecessorum nostrorum acta, Constitutiones mirifice illustrant atque declarant; rebus omnibus diligentissime perpensis et assiduis servidisque ad Deum precibus effusis, minime cunctandum nobis esse censuimus supremo nostro judicio Immaculatam ipsius Virginis Conceptionem sancire, definire, atque ita pientissimis catholici orbis desideriis, nostraque in ipsam sanctissiman Virginem pietati satisfacere, ac simul in Ipsa Unigenitum Filium suum Dominum nostrum Jesum Christum magis atque magis honorificare, cum in Filium redundet quidquid honoris et laudis in Matrem impenditur.

B. Nihil inquinatum.

Lectio VI.

Quare postquam nunquam intermisimus in humilitate et jejunio privatas nostras et publicas Ecclesiae preces Deo Patri per Filium ejus offerre, ut Spiritus sancti virtute

mentem nostram dirigere et confirmare dignaretur, implorato universae cœlestis Curiae praesidio, et advocate cum gemitibus Paraclito Spiritu, eoque sic adspirante; ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad decus et ornamentum Virginis Deiparae, ad exaltationem Fidei catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domine nostri Jesu Christi, beatorum, Apostolorum Petri et Pauli, ac nostra declaramus, pronunciamus et definimus: Doctrinam quae tenet beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae Conceptionis fuisse singulari omnipotentis Dei gratia et privilegio, intuitu meritorum Christi Jesus Salvatoris humani generis, ab omni originalis culpae labore præservatam immunem, esse a Deo revelatam, atque idecirco ab omnibus fidelibus firmiter constanterque credendam. Quapropter si qui secus ac a nobis definitum est, quod Deus avertat, præsumperint corde sentire, ii noverint ac porro sciant se proprio judicio condemnatos, naufragium circa fidem passos esse, et ab uniate Ecclesiae defecisse.

B. Signum magnum.

IN III. NOCTURNO.

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

Lectio VII.

Cap. I.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem despontatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, et nomen Virginis Maria. Et reliquia. Homilia sancti Epiphani Episcopi.

Orat. de laud. S. Mariae Deiparæ.

Quid dicam, aut quid proloquar de præclarâ et sancta Virgine? Solo enim Deo excepto cunctis superior extitit; natura formosior est ipsis Cherubim et Seraphim, et omni exercitu Angelico: cui praedicandæ cœlestis ac terrena lingua minime sufficit, imo vero nec Angelorum. O Beata Virgo, columba pura et sponsa cœlestis Maria, cœlum, templum, et thronus Divinitatis, quae caruscantem in cœlo et in terra solem ha-

bes Christum! Nubes lucida, quae fulgor de cœlo lucidissimum ad illuminandum mundum deduxisti Christum. Ave gratia plena Porta cœlorum, de qua in Canticis propheta in decursu orationis plane et aperte proloquitur in clamans: Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus fons signatus.

R. Hortus conclusus.

Lectio VIII.

Virgo est lilyum immaculatum, quae rosa immarcescibilem genuit Christum. O Sancta Deipara, Ovis immaculata quae verbum ex te incarnatum Agnum Christum peperisti! O Virgo sanctissima quae exercitus angelorum in stuporem deduxisti! Stupendum est miraculum in cœlis, mulier amicta sole, gestans lucem in ulnis: stupendum miraculum in cœlis thalamus Virginis habens Filium Dei: stupendum miraculum in cœlis, Dominus Angelorum infans Virginis effectus est. Angeli accusabant Evam, nunc vero Mariam gloria prosequuntur, quae lapsam Evam erexit, et Adamum e paradiſo dejectum in cœlos misit. Ipsa

enim est cœli et terræ mediatrix, quæ unionem naturaliter peregit.

R. Magnifica anima mea.

ALERE FLAMMAM
VERITATIS
Lectio IX.

Gratia sanctae Virginis est immensa. Hinc Gabriel in primis salutat Virginem, dicens: Ave, gratia plena, quae es splendidum cœlum. Ave gratia plena, multis virtutibus exornata Virgo. Ave, gratia plena, quae es urna aurea continens manna cœlestis. Ave, gratia plena, quae sicutientes perennis fontis dulcedine satias. Ave sanctissima Mater Immaculata, quae genuisti Christum, qui est ante te. Ave púrpura regia, quae celi terraque Regem induisti. Ave liber incomprehensus, quae Verbum et Filium Patris mundo legendum exhibuisti.

Te Deum.

In Laud. fit comm Feriae.

In II. Vesp. omnia ut in II. Vesp. Festi, comm. seg. et Feriae.

PIVS PP. IX.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

Quod jampridem ab hac Apostolica Sede communia fide, Ium vota precesque postulaverant, quod que ad augendam in terris Beatissimae Genitricis Dei gloriam maxime pertinebat, id Nos tandem divino adflante Spiritu praestitimus: quin sexto Idus Decembrie Auni Millasimi octingentesimi quinqnagesimi quarti, in Patriarchali Basifica Nostra Vaticana, frequentissima adstante S. R. E. Cardinalium et Sacrorum Antisitum corona, pronuciavimus, declaravimus ac definivimus, doctrinam, quae tenet Beatissimam Virginem Mariam in primo instanti suae Conceptionis fuisse, singuliari Dei Omnipotentis gratia et privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi Redemptoris humani generis, ab omni originalis culpa libe præservatam, esse a Deo revealatam, atque idcirco ab omnibus fidelibus firmiter, constanterque credendam. Difficile porro dictu est quanto exinde gaudio perfusi inerint universi Catholici Orbis Antisitites cum Clero suo, nec non Principes viri, certeriique cuiuscumque ordinis fideles, quippe qui inflammatu studio ducti honore debito prosequendi immaculatam Virginem Genitricem Dei Mariam, majorem exempla aemulati, idipsum vassima hac aetate iteratis precibus ab hac Sancta Sede

imploraverant. Nos quidem vix dum ad universae Ecclesiae regimē meritis licet imparibus evecti fuimus, id praecipue curavimus, ut secundum Ecclesiae vota, ea perageremus quae ad augendum Deiparae Virginis cultum pertinerent, uique excellentissimae illius dotes et collata divinitus privilegia aque ornamenta, fidelium oculis clarus nitescerent; qua de causa novum ecclesiasticum Officium, novamque Missam approbavimus, ut solemnius celebraret festum Beatissimae Virginis sine labe originali conceptae; atque ita, arcano Dei consilio, non intermisus hujusmodi curis, via quodammodo sterni visa est, ad solemne edendum decre-
tum, quod, deimmaculato Deiparae conceptu, memorata die atque anno pronunciamus. Verumtamen quoniam necessarium esse novimus, ut cum lege credendi lex conveniat supplicandi, idcirco eo curas Nostras convertimus, ut novum conderetur Officium cum nova Missa, tam in Vigilia, ubi concessa est, quam in festo immaculatae Conceptionis, quibus singulis haec ex ordini recoluntur, et faustissimi eventus series futuris in posterum aetatis innotescat. Jamvero quam hujusmodi opus ad optatum exitum perditum sit, memoratum Officium, Missamque respondentem, de consilio peculiaris Congregationis Sacrorum Rituum ad id apposite per Nos deputatae, Auctoritate Nostra Apostolica approbandum existimavimus. Itaque de ejusdem Congregationis consilio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, superius indicatum Officium, Missamque Officio respondemus, nec non pro locis, ubi est concessa, Missam pro Vigilia immaculatae Conceptionis Auctoritate Nostra Apostolica per praesentes Litteras promabus, eademque Auctoritate praecepimus, ut hoc unice Officium et Missam quicunque de Clero saeculari, et regulari, non exclusis Monialibus, ad Horas Canonicas persolvendas quicunque titulo teneantur, adsumere debeant, Romae quidem, atque ubi fieri commode possit, hoc ipso anno vertente, alibi vero sequenti Anno MDCCCLXIV, sub poena Divini Officii onus minime adimplendi. Ne quis vero reputet, peculiari quoquam titulo etiam speciatim designando hujosmodi generali praescriptione minime comprehendi, Auctoritate Nostra Apostolica abolemus, et proscribimus quodcumque aliud Officium, et cuamcumque alias Missas de immaculata Conceptione, etiam si sint riuſ a Romano diversi, ac licet singulari privilegio concessa fuerint, etiam cuicunque Ordini regulari, ac jubemus, ut in novis editionibus Breviarii et Missalis hec unice apponatur.

Officium in corpore Breviarii, et Missa imprimatur in cor-
pora Missalis de VIII Decembri; in appendice vero Mis-
salis Missa de Vigilia adjiciatur pro locis, ubi ex Aposto-
lica concessione vigilia celebratur. Et quoniam nonnullae
regularium familiae ritum servant à Romano diversum, vo-
lumos ut ipse quantocius exhibere teneantur Congregatio-
ni Sacrorum Rituum, pro opportuno examine et revisione
additiones aut variationes proprio ritui respondentes. Haec
velamus, jubemus, mandamus, contrariis speciali liceat, at-
que individua mentione dignis non obstantibus quibus-
cumque.

Datum Roma apud Sanctum Petrum sub Annulo Pis-
catoris, die XXV Septembris MDCCCLXIII Pontificatus
Nostrī Anno Decimoctavo.

N. CARD. PARACCIANI CLARELLI.



ERRATAS.

PAG.	LINEA.	DICE.	LEASE.
7.	20	cecépit.	decépit.
11.	8.	speciosor.	speciosior.
16.	ult.	De haibitationem.	Dei habitatio- nem.
18.	3.	Mara ai.	Maria a.
19.	9.	V. Quia.	V. Qui.
29.	últ.	vonssima.	novissima.
30.	29.	promabus	probamus.
31.	2.	de VIII.	die VIII.
Id.	9.	velúmus.	volumus.




OFFICIUM

B. VIRGINIS MARIÆ,

TITULO

AUXILIUM CHRISTIANORUM.

DUPLEX MAJUS.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Del uso de Sor M^{tro} L^{mo} Bess^o
con el MEXICO.*

*Ex Typographia M. Murguía in via (vulgo)
Portal del Aguilu de Oro.*

1863.



DIE XXIV MAJI.

IN FESTO B. MARIAE VIRGINIS

TITULO
AUXILIUM CHRISTIANORUM.

Omnia ut in festis B. M. V. præter sequentia.

IN I VESPERIS.

HYMNUS.

SÆPE dum Christi populus cruentis
Hostis infensi premeretur armis,
Venis adjutrix pia Virgo cœlo
Lapsa sereno.

Prisca sic patrum monuménta narrant,
Templa testántur spoliis opímis
Clara, votivo repetita cultu
Festa quotánnis.

En novi grates líceat Mariæ
Cántici lètis módulis reférre
Pro novis donis, resonánte plausu
Urbis, et orbis.

O dies felix, memoránda fastis,
Qua Petri Sedes fidei Magistrum
Triste post lustrum réducem beáta
Sorte recépit!

Vírgenes castæ, puerique puri,
Géstiens clerus, populúsque grato
Corde Reginæ celebráre cœli
Múnera certent.

Vírginum Virgo, benedicta Jesu
Mater, hæc auge bona; fac, precámur,
Ut gregem Pastor Pius ad salútis
Pásqua ducat.

Te per æternos venerémur annos,
Trinitas, summo celebránda plausu,
Te fide mentes, resonóque linguae
Cármine laudent. Amen.

v. Dignáre me laudáre te, Virgo sa-
crata.

R. Da mihi virtútem contra hostes
tuos.

AD MAGNIFICAT AÑA.

Ecce María erat spes nostra, ad quam
confúgimus in auxilium, ut liberáret nos, et
venit in adjutórium nobis.

ORATIO.

O MNIPOTENS, et misericors Deus, qui ad
defensiónem pópuli christiáni in beatissima
Vírgine María perpétuum auxilium mirabí-
liter constituísti: concéde propítius; ut tali
præsídio muniti certántes in vita, victóriam
de hoste maligno conseguiri valeámus in
morte. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Hymnus, Sæpe dum, ut
supra in Vesperis.

In j. Nocturno Lectiones, Ego sapiéntia,
ut in Festis B. V. M.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Bernárdi Abbátis.

Lectio iv.

Ex Serm. de 12 Stellis.

V EHEMENTER quidem nobis, dilectíssimi,
vir unus, et múlier una nocuere: sed grátias
Deo, per unum nihilominus virum, et mu-

— 6 —

ligerem unam, ómnia restaurántur; nec sine magno fœnore gratiárum. Et quidem sufficere pótterat Christus; síquidem et nunc omnis sufficiéntia nostra ex eo est: sed nobis bonum non erat, esse hóminem solum. Cóngruum magis, ut adésset nostræ reparatióni sexus utérque. Jam itaque nec ipsa Múlier benefícta in muliéribus vidébitur otiosa: inveniéatur équidem locus ejus in hac reconciliatióne. Opus est enim mediátore ad mediátorem Christum, nec alter nobis utilior quam María. Crudelis nímium mediátrix Eva, per quam serpens antiquus pestiferum étiam ipsi viro virus infúdit: sed fidélis María, quæ salútis antídotum et viris, et muliéribus propinávit. Illa enim ministrá seductiōnis, hæc propitiatiōnis: illa suggéssit prævaricationem, hæc ingéssit redemptiōnem. Quid ad Mariám accédere trépidet humána fragilitas? Nihil austérum in ea, nihil terribile: tota suávis est, ómnibus offerens lac et lanam. Revolve diligéntius evangélicæ históriæ sériem universam: et si quid forte increpatórium, si quid durum, si quod déniue signum vel levis indignationis occúrrerit in María, de caétero suspectam hábeas, et accédere vereáris.

B. Sicut cedrus exaltáta sum in Líbano,

— 7 —

et sicut cypréssus in monte Sion: quasi myrra electa,* Dedi suavitátem odóris.

¶. Et cicut cinnamónum et bálsamum aromatizans. Dedi.

Lectio v.

QUOD si (ut vere sunt) plena magis ómnia pietatis et gratiæ, plena mansuetudinis et misericordiæ, quæ ad eam pertainent, inveneris; age grátiás ei, qui talem mediatriçem benigníssima miseratióne provídit, in qua nihil possit esse suspéctum. Déniue ómnibus ómnia facta est, sapiéntibus et insipientibus copiosissima charitáte debitricem se fecit. Omnibus misericordiæ sinum áperit, ut de plenitúdine ejus accipient universi, captívus redemptiōnem, æger curatiōnem, tristis consolationem, peccátor véniā, justus grátiā, Angelus lètitiam. Ipsa prætérita non díscutit mérita, sed ómnibus sese exorábilem, ómnibus clementissimam præbet, ómnia déniue necessitátes amplíssimo quodam miserátur afféctu. Ipsa est quondam a Deo promissa mullier serpéntis antiqui caput virtutis pede contritura: cuius plane calcáneo in multis versutiis insidiátus est, sed sine causa. So

la enim contrivit univérsam hæréticam pravitatem. Contriti sunt insidiántes, conculi supplantatores, confutati derogatores, et beátam eam dicunt omnes generationes. Jam si Ecclesia Lunæ intelligenda videtur vocáculo, habes mediatricēm evidēnter ex-préssam. Múlier, inquit, amicta sole, et luna sub pédibus ejus. Ampectámur Mariæ vestigia, et devotissima suplicatione beatis illius pédibus provolvámur. Teneámus, eam, nec dimittámus, donec benedixerit nobis: potens est enim.

R. Quæ est ista, quæ procéssit sicut sol, et formosa tanquam Jerúsalem? * Viderunt eam filiae Sion, et beátam dixérunt, et Reginæ laudavérunt eam. ¶ Et sicut dies verni circúmdabant eam flores rosárum, et lilia convállium. Vidérunt.

Lectio vj.

Ex publicis Monumentis.

PRAESENTISSIMUM Defparæ auxilium ad Religiōnis hostes profligāndos sæpe pópulus christiánus mirum in modum expér-tus est: ex quo factum, ut sanctissimus Pón-tifex Pius quintus, post insigne victoriā,

intercedente beatissima Virgine, a Christiánis de Turcárū Tyránno apud Echínadas Insulas reportatam, in Litanīis Lauretánis eámdem Reginam cœlorum, inter alia præcónia, Auxilium Christianórum appellári constitúerit. Sed illud in primis memorabile est, atque explorati miraculi loco habéndum, quod cum Románus Póntifex Pius septimus, impiórum consfliis et armis ex Apostólica Petri Sedé exturbátus, et arcta custódia, præsentim Savónæ per annos quinque, eoque amplius fuit detentus, viis ómnibus pénitus interclúsis, ne Dei Ecclésiam régere posset, nullo similis persecutiōnis in priscis annalibus exemplo, inopinato, et præter ómnium expectatiōnem contigit, ut ingenti plausu, ac véluti universi orbis mánibus pontificie sólio restitueretur. Quod et secundo accidit, dum ítem commoto tóbine, ab Urbe discédens, sacro comitante Cardinálium collégio Liguriā conténdit. Verum præsentissimo Dei beneficio, cessante procélla, quæ grave minabatur excídiū; Romam, plaudéntibus præ novo gáudio pópulis, revérsus est. Antea tamen, quod in votis habuerat, et captivitatē detentus éxequi nequiverat, áurea corona insignem Savónæ Imáginem

Deiparæ Vírginis sub título Matris Misericordiæ, solénni ritu, propriisque manib⁹ decorávit. Quam mirabilem rerum vicissitudinem idem Póntifex Máximus Pius septimus, totius évēntus intime cóncius, cum intercessione sanctissimæ Dei Genitricis, cuius poténtem opem et ipse impénde imploráverat, et ab ómnibus Christi fidélib⁹ implerari curáverat, acceptam mérito referret, in ejúsdem Vírginis Matris honorem sub appellatiōne Auxili⁹ Christianórum solémne festum indíxit perpétuo celebrandum die mensis Máji vigésimo quarto, faustissimi sui in Urbem réditus anniversário, approbato etiam Officio proprio, ut tanti beneficii distincta, et perénnis exstet memoria, et gratiarum áctio.

E. Ornátam monílib⁹ filiam Jerúsalem Dóminus concupivit: *Et vidéntes eam filiæ Sion, beatissimam prædicavérunt, dicentes: *Unguéntum effúsum nomen tuum.

V. Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato circúmdata varietáte. Et vi-déntes. Gloria Patri. Unguéntum.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangélii secundum Lucam.

Lectio viij. Cap. 11 27.

In illo témpore: Loquénte Jesu ad turbas, extóllens vocem qædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portávit. Et reliquia.

Homilia sancti Bernárdi Abbatis.

In Nativitate B. M. V.

INTUERE, o homo, consilium Dei, agnoscere consilium sapiéntiæ, consilium pietatis. Cœlesti rore áream rigatúrus, totum vellus prius infúdit. Redempturus humánum genus, prétium univérsum cónculit in María. Altius ergo intuémini, quanto devotionis affectu a nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitúdinem pósuit in María: ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nové-

rimus redundáre, quæ ascéndit deliciis
áffluens. Totis ergo medullis córdium, totis
præcordiòrum afféctibus, et votis ómnibus
Maríam hanc venerémur, quia sic est vo-
luntas ejus, qui totum nos habére voluit
per Maríam. Hæc, inquam, voluntas ejus
est, sed pro nobis.

B. Felix namque es, sacra virgo Ma-
ría, et omni laude dignissima: *Quia ex
te ortus est sol justitiæ, Christus Deus
noster.

℣. Ora pro populo, intéreni pro clero,
intercéde pro devóto femíneo sexu; sén-
tiant omnes tuum juvámem, quicumque
tuum sanctum implórant auxilium. Quia.

Lectio viij.

In ómnibus síquidem, et per ómnia pró-
videns míseris, trepidationem nostram so-
látur, fidem excitat, spem róborat, diffidén-
tiam ábit, érigit pusillanimitátem. Ad
Patrem verebáris accédere, solo auditu ter-
ritus, ad fólia fugiebas: Jesum tibi dedit
mediatórem. Quid non apud talem Patrem
Filius talis obtineat? Exaudiétur útique
pro reveréntia sua; Pater enim dñsigt Fí-

lium. Sed fórsitan et in ipso majestátem
vereáre divinam, quod licet factus sit homo,
mánserit tamen Deus. Advocátum habére
vis et ad ipsum? Ad Mariam recúrre. Pu-
ra síquidem humánitas in María, non modo
pura ab omni contaminatióne, sed pura sin-
gularité natúræ. Nec dúbios dixerim,
exaudiétur et ipsa pro reveréntia sua. Exáu-
diét utique Matrem Fílius, et exaudiét Fí-
lium Pater.

B. Beátam me dicent omnes generatió-
nes: *Quia fecit mihi Dóminus magna qui
potens est, et sanctum nomen ejus.

℣. Et misericórdia ejus a progénie in
progénies timéntibus eum. Quia. Glória
Patri. Quia.

Lectio ix.

FILIOLE, hæc peccatórum scala, hæc
mea máxima fidúcia est, hæc tota ratió spei
meæ. Quid enim? Potestne Fílius aut repé-
llere, aut sustinére repúlsam? Non audire,
aut non audiri Fílius potest? Neutrum pla-
ne. Invenísti, ait Angelus, grátiam apud
Deum: feliciter. Semper hæc invéniet grá-
tiā, et sola est grátia, qua egémus: nim-
fum sola est grátia, qua salvámur. Quid

nos alia concupiscimus, fratres? Quæramus grátiam, et per Maríam quæramus, quia quod quærit invenit, et frustrari non potest. Quæramus grátiam, sed grátiam apud Deum: nam apud hómines grátia fallax. Querant álii méritum, nos invenire grátiam studeámus. Quid enim? Non grátiae est quod hic sumus? Profecto misericórdia Dómini est, quod non sumus consúmpti nos.

Te Deum Laudámus.

AD LAUDES. HYMNUS.

Te Redemptoris, Dominique nostri.
Dicimus Matrem, speciosa Virgo,
Christianorum decus, et levamen
Rebus in arctis.

Sæviant portæ licet inferorum,
Hostis antiquus fremat, et mináces,
Ut Deo sacrum populétur agmen,
Súscitet iras.

Nil truces possunt fúriæ nocére
Méntibus castis, prece quas vocáta
Annuens Virgo fovet, et supérno
Róbore firmat.

Tanta si nobis fáveat Patróna,
Béllici cessat scéleris tumultus,
Mille sternuntur, fugiuntve turmæ
Mille cohórtes.

Tollit ut sancta caput in Síone
Turris, arx firmo fabricata muro,
Cívitas David, clypeis, et acri
Militie tuta.

Virgo sic fortis Dómini poténti
Déktera, cœli cumuláta donis;
A piis longe fámulis repéllit
Dæmonis ictus.

Te per æternos venerémur annos,
Trinitas, summo celebranda plausu,
Te fide mentes, resonoque linguae
Cármine laudent.
Amen.

y. Diffusa est gratia in lábiis tuis.
R. Propterea benedixit te Dens in æternum.

Ad Benedictus, Aña.

Ad te, o sancta Dei Génitrix; clamávi-
mus, et per te venit Dómini auxílium no-
bis.

ORATIO.

O MNIPOTENS, et misericors Deus, &c.

IN II. VESPERIS.

Omnia dicuntur ut in I. præter

Ad Magnificat, Aña.

Sancta María, succurre míséris, juva pu-
sillánimes, réfove flébiles, ora pro populo,
intérveni pro clero, intercéde pro devóto
femíneo sexu: séniant omnes tuum juvá-
men, quicúmque sanctum tuum implorant
auxilium.

Et fit comm seq. et S. Urbani Papa et Mr.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

NUEV
IOTE